

De metallis

Et lapidibus

De virtuositate gemarū	eodēz
De adamāte	xxvi.
De achate	xxxiij.
De amethysto	xxxvi.
De berillo	xxxviiij.
De calcedonio	xxi.
De carbunulo	xij.
De crisolyto	xli.
De crisopassa	xxiiij.
De crisiallo	xxv.
De iacincto	xxviij.
De iaspide	xij.
De ligurio	xxv.
De margaritis	vii.
De onichino	iiij. et xxiiij.
De saphiro	vi. xij. et xxv.
De sardio	v.
De sardonico	xxi.
De sinarago	eodēz
De topasio	xxx.
De asbesto	xvi.
De abihisto	xxvi.
De assabandina	xxiiij.
De allectoria	xiiij.
De almatansica	xxvi.
De amiatron	xij.
De argarite	xxv.
De asterite	xxxix.
De astrione	xxviiij.
De celidonio	xv.
De tacamo	xxvi.
De corallo	xxix.
De corneclo	xxxiij.
De cote	viiij.
De crisolemis	xviiij.
De opacloze	xi.
De dyonio	xxxiiij.
De eschite	xi.
De pride	xxiiij.
De magnetē	xiiij. et xxxv.
De resten	xxxii.
De sigmite	viiij.
De symech	vi.
De terameg	eodēz
De niteo	xij. et xxv.

De sale	xiiij.
De salgema	eodem
De sulphure	xx.
De tartaro	ix.
De vitreo	iiij.
De bitumine	v.
De calce	ix.
Explicit tabla exēploꝝ libri sc̄udi	

Incipit plogus libri sc̄udi de metallis atq; lapidibus.



Abz argē
tū venarū
suaz prim
cipia. et
auro loc⁹
est in quo
cōflatur.
feruz tra
tollitur. et

lapis calore solutū in es cōuertit.
Job. xxv. Diuine prudētie largi
tas. a q̄ quecūq; creata sunt oneri
onis mirabilis ordine gubnat. rō
nali creature. i. hōi sic corpa inferio
ra sbiecit. vt ei in sbidiū adēnt i
fermitatis. et documētū insup por
rigēt veritatis. et in exēplū illi
fierēt etiā bonitatis. Nā ex vsu va
tio sensibiliū corpm humani corpis
labilitati succurrit. qd̄ ex eis deꝝ ex
quib⁹ cōstat corpib⁹ enutrit. ex e
odem quoq; corporum speciebus
informant sēsus. a rō eruditur. vt
sic humana condicio a sēsu su mat
iniciū. et nō p se res sensibiles. i. p
suas sbas et eētias sed tantu; per
suas spēs aie illabunt. ex qb⁹ hūa
na rō dū hinc in iuestigando discue
rit. rōes format q̄ plurimas. ex q̄
b⁹ intelligibiles elicit varietates.
non solum de rebus infimis. sed eti
am de supzernis. Sic enim inuisibi
lia dēi a creatura mūdi per ea que
facta sūt intellecta conspiciūtur.

Quia vero opus nature est opus intelligentie. ex eo quod corporalia mediantibus angelis a deo gubernantur. etiam ex ipsis corporibus humana dirigitur ratio. ex motibus eorum et ordine exemplis sumens et regulas suarum actionum. non tantum artificialium in quibus ars imitatur naturam. sed etiam moralium operum directiva. Et quoniam inter cetera talia potissime mineralia corpora. ut sunt ferrum. vel argentum. vel aurum. et alia quecumque metalla. et cum eis etiam lapides humane necessitati deserviunt. scriptura sacra diuinitus inspirata. in qua testatur Ap⁹. Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. de eis frequenter legitur. ut non tantum ad modum corporis illa concessa putemus. sed etiam ad morum exemplum inspici de studeamus. Quapropter Job diuisas metallorum origines in verbis premissis declarat siue describit. Ex quibus beatus Greg⁹ in libro suo moralium peritiles moralitates assumit. At enim beatus Job. Habet argentum venarum suarum ac. In quibus verbis pensandum est quod nequaquam sanctissimus vir aut de minera argenti aut de loco ostentationis auri. aut de ferri origine. aut de solutione lapidis. et de eius formatione tam seriose tractasset. si talia ad nostram doctrinam proficere non uisisset. Et ideo beatus Greg⁹. dicit per argentum significari predicatum doctrinam. cuius venarum principium est sacre scripture pagina. Nam qui ad vere predicationis verba se preparant. necesse est ut in eum a sacre scripture pagina sumant. In auro vero significatur martirum patientia. cuius conflationis id est probationis locus catholica est

ecclesia. Quia non nisi in catholica ecclesia veri martires sunt. ex eo quod sine fide. spe. et caritate. quibus membra iunguntur ecclesie non habet passio meritum. sicut in hereticis patet. Vnde Apo⁹ dicit prima Corinthio. xij. Si tradidero corpus meum ita ut ardeam. caritatem autem non habeam nichil michi prodest. In ferro autem accipitur bonum operandi potentia. seu fortitudo factorum. quod ferrum de terra tollitur. quia fortiores viri a terrena quam prius tenuerant actione separantur. et pugnatore ipsius ecclesie ac pugiles deputantur. In lapide vero significatur interior cordis duricia. et in ere caritatis constantia. Vnde tunc lapis calore soluitur. quando cor durum a diuini amoris igne frigidum seruore spiritus tangitur et ad amorem mollior. et tunc in es conuertitur. quando caritate solidatum ad bona opera roboratur. ut sicut prius durus fuerat in amore seculi. ita se postmodum fortem exhibeat in amore dei. Et quia de aliis huiusmodi talibus metallis seu lapidibus de quibus in scriptura legitur frequenter et in pluribus locis est idem estimandum. videlicet quod ad nostram conferant disciplinam. Est nostre intentionis propositum pro exemplis simplicium corporum que iam sunt in primo libro adducta. In hoc secundo libro de metallis atque lapidibus. tam preciosis quam communibus. et de aliis mineralibus exempla introducere varia et moribus adaptare. eundem seruando ordinem quem super in principio tenuimus. tam in capitulorum materis quam in exemplis.

Explicit prologus libri secundi.

Incipit liber secundus de exemplis
et similitudinibus rerum.

Capitulum I.

Amatores dei assimilantur
lapidibus propter octo.
Primo quidem quia lapides
sunt naturaliter frigidi et sicci eo quod ex
partibus terre solidis et compactis la-
pidis substantia generatur. Verum est ta-
men ut dicit Aristoteles in quarto Meteorum.
ex sola terra non fit lapis quia vincens
in ea siccitas non permittit ut in lapi-
de coagulari possit. Sed ex commix-
tione terre et aque fit lutum quod inter ter-
ram et petram est medium quod dum per
partium suarum fortiter coagulationem
constringitur in lapide mutatur. Unde
tali tenuitatem lutum unctuosum est
aptius. Dabet ergo lapis ex terra
siccitatem et ex aqua simul et terra frigi-
ditatem. Unde naturaliter sic dictum
est frigidus et siccus. Et ista compe-
tunt spiritualiter amicis dei quos cari-
tas facit frigidos ab insatiabili aua-
ritia. Caritas enim non querit que sua
sunt. sic dicitur I. Corinthios xix. Item facit
eos siccos a fluxu concupiscentie quia
virtus divini amoris restringit lubri-
cum carnis sicut patet in magdalen-
na. Et tales sunt lapides sancti qui
sunt sine affectione carnis et mun-
di Zacharias ix. Lapidem factum elevari-
tur super terram eius. **S**ecundo la-
pides sunt substantialiter compacti
quia sancti sunt in seipsis coagu-
lati vinculo siue coagulo dilectionis
et gratie. Unde caritas dicitur esse
vinculum perfectionis Colossenses iii. **T**ercio quoque lapides sunt mirabi-
ter duri et amici dei sunt duri per
soliditatem patientie quia caritas
patiens est. Unde sicut lapis a sua
duricia ex aque infusione non solui-
tur. Sic amicus dei ex tribulatio-

ne a sua patientia non movetur
Job xli. Cor eius indurabitur quod
sicut lapis aere. **I**tem sancti sibi ipsis
duri sunt per austeritatem penitentie
Item quandoque duri sunt aliis per
correctionem et severitatem iustitie quod
tanquam verga ferrea alios regunt Deu-
tero viii. Cuius lapides ferri sunt
Quarto quia lapides sunt graviter
ponderosi. Sic amici dei sunt graves
et ponderosi per gravitatem morum et
deliberationem prudentem siue in fac-
tis siue in dictis. secundum illud Ecclesiastes
xxi. Verba sapientium statim pondera-
buntur et talium opera vel verba sunt
magis grata bonis Psalmus. Placuerunt
servis tuis lapides eius. **Q**uinto
quia lapides sunt virtualiter ignis quod
enim lapis ex se fit frigidus ignem tamen
emittit si fortiter sit percussus. Nam
ex forti et violenta aeris collisione
in superficie ferri et lapidis subito
aer allisus ignem et scintillando de
lapide egreditur. Sic et amatores dei
quodammodo sunt frigidi ab estu amoris mu-
dam cum tamen ab ipso mundo fortiter
alliduntur tunc divino amore fortius
ignuntur. Unde precipue in tribu-
lationibus et persecutionibus posi-
ti ignis scintillis emicant vel ope-
rum vel verborum et talium opera
sunt sacrificia deo accepta. secundo
Machabeorum x. De ignis lapidi-
bus igne concepto sacrificium ob-
tulerunt. **S**exto quia lapides sunt
infirmi loci petitiui. Quia amici dei
infirmi petunt per humilitatem Lu-
ce xxii. Recumbe in novissimo lo-
co. I. Corinthios iii. Ministratio mortis
deformata in lapidibus fuit in glo-
ria. Hec ministratio lapidum est hu-
militatis abiectio cuius est ministra-
re obsequia mortificare vicia de for-
mare eorum corpora quia humile et
hec corpora eorum ornant nec colunt

Vnde apparēt in corpore despecti •
 et ideo signatur per lapides impoli-
 tos Iosue .xiiij. • Edificat altare id
 est altitudinē ecclesie de lapidib⁹
 impolitis id est de hominib⁹ despec-
 tis et incultis Item eius est glorifi-
 care Prouerbiorū .xxix. • Dumilez
 spiritu suscipiet gloria ¶ Septimo
 quia lapides sunt terre compressi
 ui quia scilicet amici dei terrā cor-
 poris sui comprimūt et domant p
 laborem p̄mē et abstinentie • secun-
 dum illud .i. Cori .ix. • Castigo cor-
 pus meū et in seruitutē redigo ad
Eccl .xiiij. • Lapidēs grandes de sup
 iruentes Sūt enim amatores dei
 lapides grandes quo ad spiritū de
 super iruētes per corpus dominiū
 quia spiritus i eis carnē sibi subiū-
 gat potenter et violenter ¶ Octa-
uo quia lapides sunt diuersarum
 partium terre ne dilabant vniū
Vñ Ambrosi⁹ dicit qd lapides sunt
 ossa terre quia hoc in terra p̄ban-
 tur facere qd faciunt ossa in corpo-
 re Similit̄ amici dei dum homines
 terrenos adinuicē discordes ad cō-
 cordiam et pacē reducūt quasi qui
 oia lapides medn diuersas partes
 terre adinuicē coniungunt ¶ Im-
 mo etiā sicut in muro mediāte cal-
 ce lapides cōnectūtur ita etiam a-
 matores dei mediante caritate in-
 uicē coniūgūt .i. Machabeorū .x.
Jonathas dixit facientib⁹ extrui
 te muros i mōte syō et i circuitu de
 lapidib⁹ q̄p̄tis Isti lapides q̄ratī
 sūt amici dei q̄ deuz q̄ruplicē dili-
 gūt scz ex toto corde ex tota aīa et
 ex tota mēte et ex oib⁹ virib⁹ sic
 dicit Luce .x. • Et ē itelligēdū ex toto
 corde .i. ex tota intētiōe vt scz tota
 mēte itētiōe scāt i deū ex tota mēte
 .i. intellectu scz vt intellectus ei to-
 taliter s̄bdatur ex tota aīa id est

solūitate scilicet vt appetit⁹ secun-
 dū ipsā reguletur Ex omnib⁹ viri-
 bus scilicet qd omnis actus noster
 iterior ei obediat et ppter ipsū fiat

Capitulum .ij.

Hima debz assimilari vitrō
 Primo quia vitrū est sum-
 me perspicuū Nam in ali-
 is vasis metallicis q̄qd intus ponit̄
 ē visui occultat In vitro autē q̄li-
 bet liquor posit⁹ q̄lis est intus tal-
 exterius oculis representatur vt di-
 cit Ps̄l .v. • Hec p̄spicitas fit in aīa
 penitētis q̄n q̄qd ē intus i conscia
 extra per confessionem proditur
 iudicio sacerdotis Mat .viiij. • Va-
 de et ostēde te sacerdoti Proubi .
xxiiij. • Splendet in vitro color eius
 scilicet vin⁹ et similiter cuiuslibet
 alteri⁹ liquoris immissi ¶ Secūdo qd
 vitrum ē totalit̄ lumini peruiū Nā
 massa vitrea q̄ nūc fit ex cinerib⁹
 arborū et herbarū p fortissimā ig-
 nis flagrationē ex quibus cineri-
 bus fit vitrū sicut cū nūc vitrumq̄
 admiscetur cū ifornacē fuerit liq̄
 facta et p̄fecte depurata cōtrahit
 s̄be puritatē et p̄spicitatē ppter
 quā totalit̄ a lumine penetratur
 Similit̄ anima per mūdiciā puri-
 tatis et p̄spicitatē simplicitatis ef-
 ficī lucis diuine gracie plenissime
 susceptiua Apoē .xxv. • Platee ciui-
 tatis aurū mundū et tāq̄ vitrum
 glucidū ¶ Tercio qd vitrū est yma-
 ginū et umbrarū representatū Nul-
 la em̄ alia materia ē sic specularis
 vt ista Vñ de vitro p̄cipue officūē
 specula Hec aut̄ rep̄ntatio aīe cō-
 uenit tripliciter Vno mō secūdam
 naturā qz scilicet it̄ omnes natu-
 ras siue formas matēie vntas magis
 rep̄ntat ipā aīa i se ymaginē trimi-
 tatis licz hec rep̄ntatio fit scd̄ p̄tē
 intellectualē que nō ē act⁹ matēie

alio inquit huiusmodi. **Vñ dicitur Gene. 1. 26.** Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Sed adhuc anima secundum naturam est reprobata alicuius umbre. quia ut dicunt Philosophi. creata est in umbra intelligentie. Alio modo competit hec reprobatio anime secundum duam notitiam. quia anima cognoscit res exteriores. non quidem quod ipse res sint in anima. sed per ipsarum rerum ymagines siue similitudines quas ipsa anima recipit ab eis. primo quidem in sensu. postea in intellectu. per abstractionem intellectus agentis a fantasmatibus. **Vñ Philosophus dicit in libro de anima.** quod lapidis non est in intellectu sed eius species. **Vñ quasi ad modum speculi vitrei est ymaginum siue specierum suarum non receptiva.** licet aliter sit in sensu et aliter in intellectu. et per omnes est ipsarum rerum reprobata a cognoscitina. est etiam reprobata umbrarum. id est naturalium spiritualium. quas non nisi per naturas sensibilis et fantasmatum capit quodammodo imbratas. **¶ Tertio** hec representatio ymaginum competit anime secundum gratiam. Quia scilicet anima per memoriam debet sibi sepe reprobare ymaginem. id est exempla virtutum et umbras viciorum siue peccatorum defectuum ad deserendum. siue alienorum ad comparandum. vel corrigendum. vel vitandum. **¶ Quarto** quia vitrum est humere ductile sicut liquidum. Tantam enim recipit ductibilitatem quod facile ad flatum artificis in formas varias et figuras contrarias subito transformetur. Aliquando etiam corio tegit. aliquando argenti more sculpsit sicut philosophus dicit. Sic anima debet fieri ductibilis per obedientiam. ut per flatum. id est ad instinctum. vel per mandatum dei vel superioris sui moueatur et transformetur et velociter obsequatur. **Et si diuersa et varia iungantur et**

alterius voluntate potius quam propria tanquam corio circumducatur. et argenti more quamlibet sculpturam sibi impressam. id est quodlibet iuxta normam sibi traditam iussu suscipiat et firmiter teneat. **¶ Quinto** quod vitrum humere frangibile est cuius est frigidum. Sic anima per peccatum calore caritatis extincto frigescit. et a quibuslibet temptationibus facilliter frangitur. **¶ Sexto** quia vitrum non est reparabile nisi fuerit iterum liquefactum. quous antiquus dicitur aliquem sciuisse vitrum fractum reparare per malleationem. **Vñ de hialam tali de vitro factam Tiberio cesare ipse artifex in traiz proiecit. quam non ruptam sed malleo perheatam emendauit. quez cesar decollari fecit. consideras quod si tale sic reparabile fabricetur. aurum pro luto haberetur. et ideo precium aliorum metallorum omnino periret. et hoc est commune dictum. Quidam tamen alchimiste dicunt. quod potest etiam hodie fieri vitrum malleabile et flexibile cuius puluere basiliscus si aspergatur super ipsum quando liquecat in fornace. quod vitrum verum sit ignoro. sed secundum philosophum dictum quod est magis commune dicimus. quod sicut hodie vitrum fractum non est reparabile nisi iterum liquecat. ita anima per peccatum fracta non est reparabilis ad gratiam nisi liquecat per penitentiam. **¶ Septimo** quia vitrum est omnium colorum susceptiuum. Omni enim colore tingitur. ut iacinctino. vel sinagodio. et omnes lapides imitatur scilicet in colore licet non in valore. Et ideo dicit Avicenna. quod vitrum est inter lapides sicut stultus inter homines. Declinat enim ad omnes tracturam. Sic anima ad omnes fortunam l' statum quem deus vult**

No

Dare debet se humiliter inclinare.
et sanctorum colores. i. virtutes imi-
tari. nec curare si hic ad stulticiam
putatur. quia quod stultum est dei sa-
pientius est hominibus. deridetur
enim iusti simplicitas ab hominibus.
sed non deridetur a deo.

Capitulum. iij.

Avaricia assimilatur omichi-
no. Primo per aspectum.
Nam omichinus indicus ha-
bet aspectum et similitudinem un-
guis. Et ideo vocatur omix siue o-
nichinus. quia greci unguem omice
dicunt sicut dicit **Psalmus**. Dabet enim
colorem permixtum ad similitudinem
humani unguis. In hoc ergo quod omi-
chinus habet similitudinem unguis
designatur avarorum rapacitas. quia
aves ungue predam rapiunt. Et i-
deo que sunt rapaces habent nigros
ungues. Sed omichinus arabicus
est nigri coloris cum candidis zonis
Quod competit divitiarum avaricie. quia
divites avari licet tingantur exte-
rius zonis albis. i. honoribus et pro-
speritatibus mundi. interius tamen
habent nigredinem a deformitate
peccati. propter quod dominus dixit eis
Luce. vi. Ve vobis divitibus qui ha-
betis solatioem vestram in hoc mundo.

Secundo propter effectum. Nam
secundum **Dial.** omichini zona collo vel
manu portata tristitiam excitat. ti-
morem multiplicat. animos commovet
ad lites et rixas. Sic etiam prosperi-
tas mundi quam appetunt avari si in
collo gestetur. hoc est ad pectus pre-
dens siue manu. i. siue habeatur in
affectu cordis. quia cor infra pectus con-
cluditur siue in effectu operis quod est gestatur
manu. utroque modo excitat tristitiam.
Et ideo **Gene. xij.** dicit. quod lapis o-
nichinus invenitur in terra euilath.
quod interpretatur dolens. Nam mun-

di substantia non habita sicut in cupi-
dis generat tristitiam si acquiri non
possit sed ire. quia ipse non assequitur.
Ita et tristitiam invidie qua trista-
tur id est si aliquis assequatur. Si au-
tem actu habeatur. ut est in diviti-
bus avaris. adhuc excitat tristitiam
ire si perdatur vel minuatur. et in-
vidie si ab alio superetur vel parifice-
tur. In utrisque multiplicat timores.
quia cupidi timent ne eis luctum im-
pediatur. Avari timent ne eis id quod
habent auferatur. Item animos com-
mouet ad lites. Quia cupidus litigat
ut accipiat. avarus autem ut
teneat. Unde avaricia siue cupidi-
tas mater est litium et causarum et
questionum. Item rixas et bella ex
cupiditate et avaricia ut plurimum
oriuntur. propter hoc **Seneca** dicit. quod
quietissime viverent homines si hec
duo proinde scilicet meum et tuum de me-
dio tollerentur. Neque enim et tuum
omnes questiones et lites generant
avarorum. **4.** Tertio propter reme-
dium. Nam omichinus in presentia
sardis nocere non potest. Nam sardis
qui mentem acuit cum flammis si-
ue tubi est coloris. designat amo-
rem cuncti. qui mentem acuit ad ef-
fusa consideranda. a etiam inflammat
ad ea desideranda. et ideo facit vi-
lescere omnia temporalia. Nam sic
Gregorius dicit. Vilescunt temporalia cum
desiderantur eterna. quod ergo omichi-
nus non nocet in presentia sardis
est. quia illum avaricia non inficit in
quo est amor dei. quia ubi est amor
dei non habet locum amor mundi.
et e converso. i. **1o. ij.** Si quis dili-
git mundum non est caritas dei in eo

Capitulum. iij.

Boni viri assimilantur marmo-
ribus. quia marmor a
lapis lapideus est solidus

compactius. vtilius. et pulchrius
Boni em̄ viri sunt solidi per paciē
 tiam siue fortitudinem. bene opac
 ti per tēperantiaz. pulchri per pru
 dentiam et viles per iusticiam **V**n
 de ipsi sūt colūpne marmoree id ē
 virtuose persone quibus tentoria
 per curiam regis. i. eccie xpi fulciūt
Dest. i. Assimilantē ergo primo bo
 ni et virtuosi viri marmoribus ra
 tiōe soliditatis. **M**armor em̄ solidū
 est. Nam ppter sui soliditatem dif
 ficile rumpitur. **S**imiliter boni vi
 ri sunt solidi. i. fortes et constantes.
 ita vt aduersitatibus nō cedant.
 et sculpturas. i. impressiōes violē
 tas et iniurias. que sunt odium
 ira. tristitia. et hōi nō faciūt hūi
 piūt. **N**otādū ē de soliditate marmo
 ris q̄ mirabilissimū accidit. q̄ mar
 morei lapides nec calibe. nec ferro
 vel ferrā. vel malleo per violentiaz
 edomantur. sed per laminam plu
 beam asseribus mollib⁹ interfertā
Plumbo em̄ et non ferro lapides
 marmorei diuiduntur et secantur
 inter asseres et equantur. **S**imilit̄
 fortitudo quorundā. nec calibe for
 tis inuasionis. nec ferro dure puf
 sionis. nec ferrā dentata dentibus
 detractionis. nec malleo violente
 percussionis. nec violentia c⁹ aūq̄
 tribulationis frangitur nec vincit̄
Et tamē plūbum. i. vita voluptuo
 sa que in aquis concupiscētie s̄mer
 gitur. scdm̄ illd̄ **Exod. xv.** **S**mer
 si sunt quasi plūbum in aquis ve
 hemētibus. inter asseres mollissimi
 mos carnis. omnem duriciāz mar
 moris frangit. i. omnez mentis for
 titudinem enervat et destruit. **V**n
 de pbissimi viri et fortissimi bella
 tores qui nūq̄ vinci potuerūt bel
 li asperitate. victi tamē et debilita
 ti sunt luxurie voluptate. sicut pa

ter de sapōne. **D**auid. et de multis
 alijs. **S**ecūdo boni viri assimilā
 tur marmori rōne opactionis. sūt
 em̄ marmorea valde opacta corpa.
 quoz ptes sunt ad inuicem colli
 gate. vel oglutinate. vel ostrate **E**t
 hanc opactionē facit esse in bono
 viro stus temperatē. **H**ec em̄ est
 que efficit vt caro spiritui. et sēu
 alitas rationi ocedet et cōfede ret.
 qua scz temperantia remota valde
 sibi inuicem aduersarent et mutu
 o diuiderētur **V**nde tempantia est
 que tenet has partes hominis ad
 inuicem concordēs et conformēs.
 que scz concordia et conformitas
 est vt quedam salubris compacti
 o que est in bonis viris. **T**ercio
 boni viri assimilantur marmori ra
 tiōne speciositatis siue pulchritudi
 nis. **I**nuentiur em̄ marmora pul
 cherrima diuersoz coloruz et gene
 rum sicut dicitur. i. **Para. xxix.** **D**i
 uersoz coloruz omnem lapidem p
 riosum et marmor pauū habunda
 tissime. **H**ec autem pulchritudo et
 varietas cōpōit prudentie. qz omū
 prudentiū opa gta vidēt et pulchra
Diuersa autē geneā et colores mar
 morū sunt diuersē ptes prudentie et
 diuersi modi prudentie. **I**nuentiur
 em̄ marmora omumē octo colorū.
Quia inueniūt marmor albū. nigru
 et rubeum. et variū siue serpentinū
Et hyc quicq̄ modozū q̄dāz molle
 candidum et nigru. quoddā du
 ru. quod dicitur purpuretes. eo qz
 vt purpura rubeuz est candidis ta
 mē interuenientibus punctis. et
 hyc est ex egipto **E**st aliū coralliū
 in asia reperitum non habens vltra
 duos cubitos in dimēsiōe ac mē
 fura. et tale marmor est candidum
 sicut ebur. tamen habet quādam
 maculas quāz appōitione diūsas
 n i

et nigras Est a aliud gen⁹ thebay
cum aureis guttis tinctum . est et
rarissime viride optimum . quod
valde gratum habet qui gemmas
sculpunt . eo q^d eius viriditas ocu-
los reficiat . Et etiā similiter assig-
nantur a doctoribus octo ptes in-
tegrales prudentie . quarū quedā
ad prudentiam pertinent s^{ed} q^d est
cognoscitiua agibiliū . a quedam
secundū q^d est opatiua . secundum
em q^d cognoscitiua ē si cōsideratur
ipsa cognitio . aut ē p^{er}itorū . a sic ē
a tullio vna pars prudentie p^{re}ito-
riū memoria . aut est cognitio p^{ri}ntū
sine nētiōū sine dīgētū . a hec est
alia pars prudentie q^{ue} ab eodē intel-
lect⁹ vocatur siue intelligentia . Si
vero cōsiderat^{ur} cognitiois acq^usitio . a
fit per disciplinam . a sic est tertia
ps prudentie . q^{ue} a macrobio super
fīnias plonis pletim⁹ vocatur docili-
tatis . aut fit p^{er} inuētiōez . a sic est
quarta ps quā aristoteles i septi o
ethicorū vocat eustochiā . i. bonā cō-
suetudinē . cui⁹ ps vt d^{icitur} i eodē ē
sollertia . q^{ue} ē vera cōiecturatio me-
di vt dicitur in . i. posteriorū . Si ve-
ro cōsideratur cognitionis vsus se-
cundū scz q^d ex cognitione aliquis
p^oit ad alia cognoscenda vel iudi-
canda . sic p^{ri}nz ad aliam ptē pru-
dentie q^{ue} vocatur ratio p^{er} macrobiū
¶ Secundū vero q^d prudentia est op-
atiua siue opis preceptiua . ¶ Pri-
mo necessariū est vt ordinet^{ur} ad cō-
modū vt ad finez . a hoc p^{ri}ntet ad
aliā partē prudentie quā tull⁹ pro-
uidentiā vocat ¶ Secundo vt at-
tēdat circūstānias negotij . q^{uod} per-
tinet ad aliam ptem prudentie quā
macrobi⁹ vocat circūspēctionem
¶ Tertio q^d vitet impedimēta q^{uod}
p^{ri}ntet ad octauam ptem prudentie
quā vocat macrobi⁹ cautioez . Sūt

ergo octo partes prudentie dicte
scz . memoria . intelligentia . docili-
tas . sollertia . ratio . p^{ro}uidētia . cir-
cūspēctio . a cautio ¶ Quarto bo-
ni viri assimilātur marmorū ratioē
utilitatis . Nam marmor ppter suā
frigiditatem et vngentorum aro-
maticorum cōseruationem utilissi-
mum inuenitur . Et hanc utilitatē
boni viri faciunt per iusticiam . Nam
quasi vngenta fouentia a cēreantē
a sunt bona opera in quibus vnus
homo alteri comunicat . ad que rec-
te faciēda et cōseruanda ordina-
tur homo per virtutem iusticie Cu-
i inter alias virtutes proprium ē
vt ordinet hominez in hys que sūt
ad alterum . Importat enim iusti-
cia equalitatem quandam vt ipsū
nomen demōstrat Dicuntur enim
vulgariter ea que ad quantū ius-
tari . equalitas autem ad alterum
est . The autem morales virtutes
perficiunt hominem in hys que ei
conueniunt secundum seipsū . Ec-
hec ergo sunt illa marmora . scilicet
sancti viri quibus pauimentū tē-
pli . id est inferior ecclesia scilicet mi-
litās stērnitur . ¶ Paral . in .

Capitulū . v .

Quiritas assimilatur bitumi-
ni Primo ratione igneita-
tis . quia bitumen est secū-
dum phozorum quedam terra glu-
tinosa iuxta lacum mortuū . cuius
natura est ardens a ignita . Sic ca-
ritas est quedam virtus vglutina-
tiua a vntiua . cuius quasi locus ē
proprius cor mortuū a mortifica-
tum peccato a mūdo . quia si quis
diligit mundum non est caritas pa-
tes in eo vt dicitur . i . Jo . 1 . Nec e-
tiā v^{er}us spūaliter ardens ab igne
sancti spirit⁹ est deriuata . secundū

illud **Canticorū. viij.** Lampades eius lapides ignis atq; flammarū Lampades enim dei sunt mentes hominum. et pure sancti spiritus contemplatiōe et flāmis caritatis succē. se **Gene. xiiij.** Vallis siluestris habebat multos puteos bituminis Vallis est mens humilis. que si est siluestris. et a tumultu mundi et affectu remota habet multos puteos bituminis. id est multos et profundos siue altos affectus caritatis

¶ Secundo ratione tenacitatis Nā bitumē est tāte tenacitatis. vt nec aq. nec ferro dissolui possit. sed sanguine menstruali. Sic caritatis glutinum tam tenax est. vt nec aqua tribulationis. nec gladio percussio. nis soluat **Canticorū. viij.** Aquę multę non poterunt extinguere caritatem Et ideo archa noe vt esset fortis contra aquas diluuij bitumine limi eam deus precepit **Gen. vi.** Bitumine limēs intrinsecus et extrinsecus Archa enim noe. i. mens iusti debet contra aquas diluuij. id est contra tribulationes mundi. bitumine. i. caritate limi intrinsecus quo ad deum. extrinsecus quo ad proximum. Ferrum siue gladius persecutionis caritatis bitumen separe non potest. secundū illud **Apo. ad Roma. viij.** Quis nos superabit a caritate cęsti. an angustia. an nuditas. an fames. an gladius ac? Soluitur tamē et tollitur bitumen caritatis sanguine menstruali. i. peccato mortali qđ ab intimo fluit ad modū sanguinis. et ad modū menstrui et abhominabile et infectiuū existit.

¶ Tercio ratione utilitatis Est enim bitumen vtile ad multa. qz multiplicem habet effectum. Nam habet virtutem opaginandi lapides. Vnde lapides viuū. i. viri iusti

hęc glutinō opaginātūr ad inuicē in fabricam ecclesie. et etiam lateres. i. peccatores ad deum conuertet. sicut igne doloris seu contritionis excocti hęc glutinō coniungunt **Ge. xi.** Faciamus lateres et coquamus eos igni. habuerunt lateres p sax. is. et bitumē p cemento. Similit ligna et tabule nauium alicubi bitumē opaginant. per qđ naues aliorum onera portantes intelliguntur prelati. quibus ne dissoluantur aqđ concupiscentiarum et vniuersis tribulationum. necessarium est glutinum et iuuamen caritatis.

¶ Item habet bitumen virtutem attrahendi. consumendi. et solidandi si pulueretur et sup vulnus ponatur. si etiāq; fumus naribus attrahatur multū reuma in capite consumitur vt dicit **Plato** Ita caritas ad deū attrahit. sed in illis **Eze. xi.** In fomiculis adātrahā te in vinculis caritatis. Itēq; malos humores. i. malas affectiōes Et reuma capitis. i. fluxū mētis scilicet malarum cogitationum consumit

¶ Item ipsam mentis molliciem consolidat. dum timorē seruilem foras mittit. Nam perfecta caritas foras timorē mittit. sicut dicit. **1. Io. iij.**

¶ Item caritas assimilatur lapidi sardio. qui sicut dicit **Ph. vocatur** sardio. quia in sardis fuit primo inuentus. qz hęc similitudo est optes

¶ Primo rōne coloris. qz scilicet sardio ē rubei coloris. Rubeus autē color est sicut igneus color. et preterdit dominū calidi in pmixto. et attribuitur amori et precipue caritatis qđ ē vt quā ignis dicitur mentē feruē facies a rube **Cant. v.** Dilectus meus cādio a rubicādio. Cādio appē puritatē carnis. rubicādio appē inflammationem mētis **Apo. iij.** Qui se debat similis erat aspectui lapidis

saspidis viridis intellige viginti
 te carnis. Est em; lapis viridis co
 loris. sed in rubore sardinis intelli
 ge amorem caritatis quo mens ig
 nita rubet. ¶ **Secundo** ratione
 tuose operationis. quia vt dicit **Di
 asc.** Sic lapis gaudium accedit.
 timorem pellit. audacem facit. et me
 tem acuit. et se gestantem ab inea
 tationibus et maleficijs tutum red
 dit. que omnia suo modo competunt
 caritati. Nec em est qd de presentia
 amati scilicet dei in anima gaudiu
 generat **Gala. v.** Fructus spiritus
 sunt caritas gaudiu ac. Quia si
 cut caritas est a spiritu sancto. ita
 gaudiu a caritate deriuatur. Itē
 hec est que timore pellit et per cose
 quens fortem et audacem facit. **Jo
 ha. iij.** Timor non est in caritate. I
 tē hec est que metem acuit ad cele
 stia contemplanda. et ideo est si
 milis igni qui habet figuram pyra
 midis superius acutaz. Vnde mens
 hoc igne flamescens ingreditur in
 ipsum. **Jo. iij.** Qui manet in ca
 ritate in deo manet ac. Nec est eti
 a que demonu inea tationib; .i. bla
 dis temptationibus et maleficijs e
 oru resistit. quia fortis est vt mors
 dilectio **Cant. viij.** ¶ **Tercio** rati
 one resistentie et vigoris. quia tan
 ti vigoris est hic lapis qd omix eo p
 sente ledere non potest. In omia e
 nim qui dicitur tristitiam excita
 potest intelligi qd cumq; aduersus
 Omix ergo sardio presente non ob
 est. quia vbi caritas adē nulla ad
 uersitas nocet. Nam diligentibus
 deum omnia cooperantur in bonu
 sicut dicit **Ro. viij.** ¶ **Capitulu. vi.**
Qontemplatio assimilatur
 saphiro. Primo ppter aspe
 ctu coloris. Est em saphir
 gēma cerulea. celo sereno in colo

re simillima. Similiter cōtemplati
 ui vni habent colorē. .i. conuersati
 onē serenam et celestem. scdm illud
Phil. iij. Nostra conuersatio in ce
 lis est. **Eze. i.** Supra firmamentum
 qd erat imminens capiti eorum qua
 si aspectus lapidis saphiri. ¶ **Secū
 do** ppter excessum valoris. quia sa
 phirus inter gēmas est sume pre
 ciosa. et reguz dignis magis apta.
 et inter omnes melior est inuicem
 maxime quando habet quosda pul
 ueres aureos intmixtos. Similit
 et inter vitas vita cōtemplatiua ē
 preciosissima. Est em maioris mei
 ti dulcioris exercitij. qetioris animi
 Vnde matia optimā partē dicitur
 elegisse. Hoc maxime cōpetit regi
 bus. .i. prelati et rectoribus. vt sic
 alijs preeminēt honoris dignita
 te. ita etiam alijs preeminēt mē
 tis sublimitate. Est autē cōtempla
 tio optima que sic mentē eleuat ad
 celestiu eminentiam qd tamē ei non
 tollat ppter fragilitatis memoriaz.
 vt scilicet cōtemplatiui animus et
 sit per cōtemplationē sublimis. et p
 sui cōgnitioē; sep remaneat huil. Et
 talē saphir qd hēt puluere aure
 os intmixtos. Est em ppter fragilita
 tis l mortis ituit; vel qdā puluis
 aure; . puluis p huilitatē. aure; p
 utilitatē; qd seruat aiaz ne a peccō
 corrūpat. sicut aux dicit cōseruare a
 lepre corruptioē si ei; puluis l hma
 tuā sumat in cibo. l potu. l medicina
 vt dicit **Plo. Job. xxvij.** Loc; sa
 phiri lapides eius. et glebe illi; ac
Eccī. viij. Memorare nouissima et ē.
 ¶ **Tercio** ppter defectū fulgoris. Est
 em saphir; de pss; n plucid; vt dicit
 psid. Sic cōtemplatio pntis vite n ē lu
 cida s; obscura. qd vidē nūc p spe
 culum et in enigmate **Eze. x.** Vidi
 et ecce in firmamēto qd erat sup

caput cherubin q̄si lapis saphir⁹. per firmamentum intelligitur firmi-
tas a stabilitas glorie celestis. que
dicitur super caput cherubin. quia
scilicet omnem mentem et scientiam
transcendit. et est quasi lapis saphi-
rus. quia scilicet contemplationis eius in-
tuitus in hac presenti vita quantum
cum sit nobis delectabilis et grat⁹. no-
bis tamen non est purus et clar⁹. si-
cut saphirus est aspectui quidem
gratus. sed tamen condensis non
lucid⁹. Et ideo phis dicit de pprie-
tatis aialum q̄ de diuinis in vi-
ta ista parum possum⁹ contempla-
do p̄spicere. Tamen illud modicum
non est negligendum. quia delectabili⁹
est adhuc q̄ aliqua alia oia q̄ apud
nos sunt. ¶ Itē contemplatio celestium
assimilatur zymethi. i. uene terre de qua
fit lazurium. Primo rōne coloris.
Quia lapis hic est tanto melior quā
to color celesti similior. Et habet q̄-
dam corpuscula q̄si aurea inserta. Ita
contemplatiui viri tanto sunt meli-
ores quanto celestium ciuibus sunt in
contemplatione et uersatione simili-
ores. Unde uiginitas uigilio p̄ferē.
quia incorruptioni uite celestis simi-
lius conformatur. **Lu. xx.** In cōfurectiōe
neq̄ nubēt neq̄ nubēt sed erūt sic
angeli dei in celo. Secūdo rōne cō-
munionis. Nam hic lapis si e terra
ualet ut sine cop̄i. sed nūq̄ patiēti-
dat̄ n̄ subtilissime iteratur a multo-
tiens abluat̄. et est signū perfecte
ablutionis. q̄n aq̄ in qua abluat̄ parat̄
nichil colorat̄. nec debet dari cū de-
coctiōe. q̄ descendere ad fidū. sed
ante vel post deū et hoc cū sero. ut
dicitur in lapidario. Nota q̄ setum
est liquor q̄ fluit de recentē caseo cū
p̄mit̄ ut dicit catholic⁹. In quibus si-
gnificat̄ q̄ ea q̄ sancti viri p̄ altitu-
dine contemplatiōis p̄cipiunt. hec ut

inferioribus p̄sint debet eis comuni-
caē lucide. Vñ oportet q̄ subtilissime
conterant̄. i. diligent̄ exponantur.
Item discrete. Vñ nō cū decoctio-
ne. i. nō cū illo seruore cum quo ab
eis recipiuntur. sed scdm̄ uemien-
tiā inferioris auditoris. Itē mūde
sine amministrazione fantasia. siue
errorū. et ideo oportet ut frequē
abluant̄. Itē sic dari debet ut possit
q̄ accipit faciliē capere. et ideo cum
sero q̄ est lacteū a facile ad deglu-
tiendum. **Ap̄. i. Corin. in.** Tanq̄
puulis in xpo lac uobis dedi at̄. ¶
Tercio rōne curationis. Valz em̄
miro mō talis puluis siue potio ad
soluendum a curandū quartanā. quia ea
que sancti viri ex celestium cōtēpla-
tione p̄cipiunt alijs ut dictum est
debite modo data. i. comunicata sol-
uunt ab eis quartanam. i. accidia.
Nā quartana ex putredine humo-
ris frigidi et melancolici puenit. q̄
etiam ad accidiam disponit. sed s̄-
ba celestia audita mentē frigidam
accendunt et sic accidie frigus expel-
lūt. Hec requies et dulcedo contem-
platiōis habet post certamina labo-
r et subiugationem passionū. Vñ vi-
ta contemplatiua assimilatur terāneo. q̄
est lapis crystallo similis ceruleo co-
lore infectus vel uert⁹. et hic ap̄
germaniam est. Ali⁹ est hispani⁹
utilans sicut flāma. Vñ p̄ primū
quī e crystallo similis designat̄ cor-
dis puritas. p̄ scdm̄ q̄d flāmeū de-
signat̄ feruens caritas. Et hec duo
maxie ad contemplatiōē disponunt.
Sed notandum q̄ utriusq̄ virtus
dicitur esse ad prelia et causas vi-
cendas. et valent etiaq̄ ad dulces
sōpnos sic in lapidario d̄. In quo si-
gnificat̄ q̄ p̄p̄tia superata labor et
tēptationū. p̄ causas deuictas et
a passionū in quibus raro s̄ iudicio
n in

tōnis aduectus spūm ostendit seq̄
tur dulcis sopn̄ .i. requies cōtem
plationis.

Caplm. vii.

Qontinentes et precipue v̄
gines assimilantē margari
tis. Primo ratione gemitū
re siue generationis. quia marga
rita gñatur ex celesti roze. quē cer
to tempore anni conche hauriunt
Et d̄z margarita. qz in cōchis ma
ris inuenitur. Et d̄z in lapidario.
qz quādo margarita generatur ex
roze. quāto rozantis aeris haustuꝝ
plus fuerit tanto rozatio maiorem
generat margaritaz. Et d̄z qz cum
margarita incipit gñari. si choꝝu
scatio vel tomtruuz superueniat a
roncha claudat qz sic abortum pa
titur. qz ergo margarita ex celesti
roze generat. significat qz continē
tia carnis ex dono celestis grē possi
det. **Vnde d̄z Sapi. vii. Nō** possum
esse continens nisi de⁹ det. Et ideo di
cebat **Aug⁹. deo in libro confessionū**
Da qd iubes. et iube qd vis. impe
rans nobis continentiam. Et ideo qn̄
to pl⁹ hauritur de gratia. tāto ma
ior et purior est continētia. sic quāto
plus hauritur de roze tanto maior
generatur margarita. qz auteꝝ in
conchis maris inuenitur. significat
qz continētia nō in deliciis reperitur. se
cūdu illud **Iob. xxiii. Non** inueni
tur in terra suauiter uiuentiū. **Her**
nard⁹. Humilitas perit in diuitijs.
et castitas in delicijs. sed in cōchis
reperitur. .i. in duris et amaris poti⁹
pseruat. qz autē tomtruuo et choꝝu
scationi se claudēs abortit. signat
qz continens nisi diuine magnitudis
timori seu inspirationi que in tom
truuo designatur se per humilitateꝝ
aperiat. interior margarita. .i. intēi
or puritas non intēg seruat sed

perditur. **Vnde Eccli. xvi. Nisi** in ti
more dei tenueris te instant cito s̄b
uertetur dom⁹ tua. **Secundo** tō
ne excellētie. qz quedā margarite
sūt alijs excellētiore. Quedā em̄z
vniōnes vocant. eo qz tantū vna a
nō plures simul reperiant. Et in
hys designatur prerogatiua continē
tie siue virginitatis xp̄ia matris siue
Quia xps tantū vn⁹ inter hoīes. a
m̄ ei⁹ tm̄ vna intē mulieres. et ve
ra a perfectissima margarita ppter
singularē et pfectissimā continētie pu
ritatē. **Vñ Mat. xix. Inuenta** vna
p̄ciosa margarita a c̄. Cōit autem
intē margaritas sūt meliores cādi
de q̄ q̄ aliq̄ mō sunt flauē. **Nā** illas
iuuet⁹ a matutini rois receptio fa
cit claras. has vero senect⁹ vel ros
re spertin⁹ reddit obscuras. vt di
cit **ps̄d. Margarite** ergo candidē
sūt v̄gines. q̄si autē flauē sūt vidu
e continētes. sed melior et clarior est
continētia v̄ginalis que ab ipsa iuuē
tute quasi matutino roze. .i. tēpesti
ua gratia decorata v̄ginitatis decorē
retinuit. q̄ que in senectute q̄ qua
si respertino roze. .i. tāda grā p̄fu
sa continētia incepit. Inueniuntur
quedā naturaliter p̄fate. et ille
adhuc meliores sunt alijs. a tales
sunt v̄gies fideles. q̄ scilz v̄to fidei
p̄foratū h̄nt auditū. **Nā** fides est ex
auditū. et audit⁹ per verbū dei. qd
penetrabilius est omni gladio an
cipiti. Sunt ergo ille margarite p̄
alijs eligēde q̄ sunt albe. clare. specu
lares. et rotunde. Quia ille continē
tes sunt alijs meliores q̄ sunt albe
p̄ carnis v̄ginitatē. clare p̄ mentis
puritatē. speculares p̄ cōuersatio
nis sinceritatē. a rotunde. .i. mobiles
p̄ oppositatē. qz corpus rotundum
motui est aptum. **Non** em̄ oportet
virgines manere ociosas. **Prover.**

ultimo. Panem ociosa non comedit
Tercio ratione apparente. videtur enim et sunt margarite pue in quantitate. ut nec ultra seminucem crescere unquam putetur. sed tamen sunt magne in valore. Sic virgines et continentes debet esse puas per apparentiam humilitatis exemplo illo sume virginis que dixit. Quia respexit humilitatem acille sue ac. sed tamen debent esse magne per existentiam et valorem virtutis.
Quarto ratione efficacie. quia habet virtutem malorum humorum absterfivam. fluxus ventris et sanguinis restrictivam. et etiam cordis confortativam. unde valent contra cardiacam et sincopim.
Sic virgines et continentes debent in seipsum malos humores id est malas affectiones siue immundas cogitationes expellere. fluxum carnis et sanguinis id est peccati per abstinentiam et honestatem restringere. et spiritualibus et pijs operibus scilicet orationibus et elemosinis sui cordis debilitate confortare. ac sic pusillanimitate deficient ex aliqua tribulatione vel temptatione.
Item continentis assimilantur calibi. Primo quia calibs est substantia purior ferro. quia ferrum est magis terrenum in substantia. et habet terrestre lutulentum et non purum. Et e contrario calibs habet minus de terreno. nec ita lutulentum est sed magis purum. Tamen ferrum ergo impurum homo incontinentis est. habens lutulentiam carnalis immundicie. sed tamen quia calibs est homo continens. habens parum de terrestri. id est de concupiscentia carnis. et sine lutulentia. id est carnali immundicia.
Secundo quia calibs est ferro compactior et ideo etiam solidior. Similiter etiam continens est bene compactus. id est bene dispositus in moribus. et solidior. id est stabilior. Sed e contra incontinentis incompactus est. id est

dispositus. sed mollis magis ad cedendum temptationibus. sicut ferrum facilius mollicat ab igne.
Tercio quia est durabilior. quia ferrum propter impuritatem cito rubiginem contrahit quam ipsum consumit. Similiter homo incontinentis cito senectutem incurrit quam ipsum corporaliter debilitat et consumit. sed homo continens diutius vivit. quia non cito senescit.
Quarto quia ignis cito adurit ferrum. quia minus compactum cito penetrat. Tamen ergo ignis adurere est mulieris pulchre consortium vel coniugium quia cor hominis incontinentis cito penetrat et inflamat. **I**hero. Flamigero igne putat mulier conscientiam et inflamat. Sed continens est sicut calibs in quem ardor carnalis amoris non facilius intrat.
Capitulum viij.

Correptio delinquentis debet esse similis lapidi qui dicitur eos. Dicit enim sic. eo quod ad incidendum ferrum aquat. Cotis enim grece. icisio latine dicitur. Quia scilicet correptio debito modo facta etiam a mente ferrea et dura. non tantum vicia amputat et incidit. sed ad bona eam aptat et acuit. Sed quedam eos est ut dicit Phidorus que ad acciendum indiget oleo. quedam aqua. Quia videlicet discreti correptio quandoque indiget oleo lenitatis secundum illud Gal. vi. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. vos qui spirituales estis corripite huiusmodi in spiritu lenitatis. Etiam quandoque indiget aqua austeritatis. Nam sicut idem Phidorus dicit. Oleum coti additum lenem. aqua vero acerrimam aciem reddit. Hoc autem agendo eos proprium habet quod dum acuendo alteri servit. se paulatim consumit. ut Gregorius dicit. Et talis est prelatus malus vel predicator. qui dum alijs predicando

n fig

vel corrigendo pñcit. seipsum male viuendo vel se nō emendādo āplius odempnat et destruit. Debz ergo esse ut eos iusticia vel zel⁹ rectoris. qui dū linguā vl manū mouet ad corrigendū vicia delinquentis. q̄si ferr⁹ acuit ad incisionē vlcis. **Corrigere** volens delicta debet intendere ad extirpandū vicioꝝ radices. i. illa principalia vicia cohibere. ex quib⁹ quasi oia delicta p̄cipue oriuntur. sicut sūt supbia. auaricia. luxuria. Et ideo corrector vicioꝝ debet esse similis lapidi zigmis. **Zigmis** emz dicitur lapis quasi vitrei coloris esse. qui gestatus ad collū sicut dicit **Dyasc.** sanguinem stringit. mentis alienationē expellit. et applicatus ligno ardentī. flā mā eius exanguit. **Flux⁹** sanguinis refertur ad luxuriā. p̄ma em̄ sibi sunt scdm naturam sanguis et semē. mētis alienatio i⁹ferē ad supbiam. q̄ quis a vera sui zgmione alienatus estimat de se qd nō est. **Sed** flāma ligni designat cu p̄dita tē et ardentē auariciā animi. **Vnde** cū ista refrenant. omnia vicia cum eis cohibentur.

Capitulū ix.

Dilectio vere amicitie assilatur calci. **Primo** ratione igneitat. **Rā** scdm p̄s̄d. p̄pter hoc calx viua dicitur. q̄ quāuis actu sit frigida. cecultū tamen in se cōinet ignem. **Vnde** si aqua p̄fusa fuerit mox ignescit. **Et** quodam valde mirabile accidit ut **Augustinus** dicit in libro de ciuitate dei. quia calx ex aqua incendit. ex qua omnis ignis extinguitur. oleo vero extinguitur quo oīs ignis nutritur. **Similiter** vera amicitia si aliquando quantum ad exteriorē actus videatur frigida. i. q̄ nō

expetetur vel ostendatur exteriori signo. siue p̄pter occupationis alicuius impedimentū. siue quia nō sit oportunum. tamen semper ignē viui amoris seruat in intimis cordis. **Et** propter hoc dicitur **Proū. xvii.** q̄ omni tempore diligit qui amicus est. **Sed** si perueniente aq̄ alicuius tribulationis seu angustie vel necessitatis. tūc statim ille ignis interior. i. amor erumpit et exteriori in opere se ostendit. et ideo **Salomon** ibidem subdit. q̄ frater in angustia comprobatur. **Vnde** ignis vere dilectionis in aqua. i. tribulatione et aduersitate magis acceditur. propter quod dicit **Valerius maximus.** q̄ sincere fidē amici p̄cipue in aduersis cognoscuntur. **Et** ex oleo cōsolationis et prosperitatis calx dilectionis quasi extinguitur. siue quia prosperitas mūdi quādcq̄ extinguit et tollit dilectionem dei. siue quia homini in prosperitate posito nō est necessariū magna signa vel obsequia dilectionis ostendere. **Quia** sicut dicit idē **Valerius.** prospera fortuna cum diuina largitione foueatur humana minus indiget. **Non** de cetero em̄ hominem amico in prosperitate posito magna signa dilectionis vel obsequia ostendere. ne forte estimet q̄ propter illius p̄speritatem et propriam utilitatem eum diligit. **Vnde** **Philosophus** dicit in **Ethi.** q̄ ad amicum in aduersitate positū eundū est cito et sepe. sed ad amicum positum in prosperitate raro a tarde. **¶** **Secundo** dilectio vere amicitie assimilatur calci ratione unitatis. quia lapis lapidi nō bene coniungitur nisi ei calce media vniatur. **Nam** ex calce cum admixtione arene et aque fit cecultū quo lapides

adinvicē stricti vniuntur. Ita ho-
mo homini nō vere sociatur nisi ei
dilectione animi imediate vniat.
que scz dilectio si cū arena pacien-
tie que sub aquis tribulationū mo-
ratur. siue sit arena que abstrahat
a fluuio vel saltez pedibus teratur.
siue sit que fodiat a terra. quorū
vtrūq; patientia toleratur. et ite-
rum cū aqua sapientie misceatur.
cimentū .i. glutinūz faciet pfecte
vniatatis. **Raz** inter quos caritatis
dilectio cūz patientia et sapientia
viget ibi pfecta vniō et iocūda so-
cietas adest. de qua dicit in **Ps** **Ec-**
ce q̄ bonū et q̄ iocūdu habitac̄ fra-
tres in vnum. **Tercio** rōne vti-
litatis et bonitatis. qz sicut dicit **Y-**
sidor. Illa calx est melior et vtili-
or. que ex lapide albo et duro gene-
ratur. Et sic illa inuenitur vera et
utilis amicitia. que ex animo puro
et vero generatur. **Vnde** **Ph** **us** p-
bat in **Ethi**. q̄ prauorūz amicitia q̄
nō se puro animo diligunt nō est
amicitia vera. Et scdm **Aug**. ami-
citia que deserit potuit nūq; amicitia
vera fuit. **Vnde** vera amicitia debz
esse pura et firma. **Item** dilecti-
o pximi assimilatur tartaro. **Pri-**
o ratione terrestritatis. **Nā** tartarū
est vini feculentia a terrestritas. q̄ ad
modū terre vel mollis lapidis cir-
ca ptes dolij induratur. et vulga-
riter apud tuschys dicitur grōma
Vino autē assimilatur caritas. **Cu-**
ius ps s̄bilior et purior dilectio dei
est. sed feculentior ps et terrestrior
est dilectio pximi. que tamen i do-
lio cordis debz circūquaq; diffun-
di et firmari. secundum illud. **Ho-**
v. Caritas dei diffusa est in cordibz
nostris. **Secundo** ratione quali-
tatis quia talis vini crusta calida
est et sicca in tercio gradu. **Quia**

scz dilectio pximi calefecit eoz p
passionē. secundum illud. **1. Cori**
xi. Quis scandalizatur et ego nō v-
ror. et deficiat omnez inordinatūz
humoem. .i. omnem prauam affecti-
onem erga proximum. **Est** etiam
in tercio gradu. quia p̄mus gradus
est dilectio dei. secūdu dilectio sui.
tercius dilectio pximi. p̄t quod
dicitur. **Mat. xij**. Diliges pximū
tuum sicut teipsum. **Tercio** rati-
one vtilitatis. quia tartarūz sicut
dicitur in p̄loe extenuat. et mun-
dificat. et consumit. et ideo valet
contra scabiem et serpigine. a prurigi-
nem. et contra capitis imūdicias
Similiter dilectio pximi extenuat
substantiam siue diuitias hominis
quādo facit largiri superflua. scz
illud **Luce. xi**. Quod superest date
elemosinam. **Sed** tūc magis consu-
mit qn̄ facit largiri necessaria **Job**
xxxi. Si comed i bucellā meam solus
Et tunc mūdāt imūdicias capitis.
hoc est impuritates mentis hmōi e-
lemosinas largiendo. secūduz illud
Lu. xi. Date elemosinā et ecce oia
vob̄ mūda sūt. **Ca. x.**

Eloquētia assimilatur et
Pri-o rōne gnationis. qz es
siue cupz gnāz sicut cetera
metalla ex sulphure a argēto viuo.
sed hoc accidit qn̄ pl̄ e de sulphure
q̄ de argēto viuo. et sulphur est t̄-
teū uō pure tubeuz h̄ns calorē adu-
rētē. **Argētū** v̄o viuu ē mediocre
nec nimis grossū nec nimis s̄bile.
Ex tali em̄ omixtiōe es gnāz **Sili-**
eloquētia sp̄it̄ ex duobz scz ex me-
ditatiōe itēiori q̄ sulphuri assilat. qz
in inferioribz venis gnāz t̄re **Itē** ex
pnūciatiōe extēiori q̄pp̄ labiorū a
solitudinis vel soliditatis deducuntur scilicet vite. et iter preciosissimos lapides colliguntur. Tercio origo virtutū siue virtuosorum est ex perfectorum similitudine. Nam sepe per exempla vel verba sanctorum et perfectorum virorum que ut quedam ymagines et representationes sunt in mente perfectionis eorum. alij ad virtutes accedunt. et virtuosij et sancti similiter efficiunt. Et isti sunt lapides preciosi qui de animalium corporibus. scilicet reptilium et volantium extrahuntur. siue quantum ad vitam actiuam que est reptilium. vel alium gressibilem super terram. quia scilicet actiui terrenis rebus dispensandis insistent. siue quantum ad contemplatiuam que pertinet ad volucres caelorum est ad homines meditantem celestia. Tercio facti virtuti assimilantur gemmis ratione incertitudinis. Quia sicut dicit Philos. In quibusdam gemmarum similitudinibus aut generibus veras a falsis discernere est magna difficultas. Eo quod sepe que false sunt et sophisticae veris videntur similes. Quia ut ipse dicit. quidam pro smaragdo vitrum arte inficiunt. et oculos videntium fallunt. Fallit enim sepe mortales similitudo rerum. Quia enim inter factos viros qui habent veras virtutes. sepe sunt admixti hypocrite qui habent solas virtutum ymagines. valde difficile est per similitudinem morum exteriorum inter utrosque cognoscere. eo quod frequenter hypocrite similia vel maiora signa exteriora sanctitatis et deuotionis factis viris ostendunt. propter quod frequenter fallitur hominum iudicium. et precipue simplicium circa tales. Et ideo dominus dixit Mat. vñ. Attēdite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. intrinsecus

autē sunt lupi rapaces. Sicut igitur de lapidibus hmoi non est ad oculū iudicandum. Quia plus virtutis est sepe in puo adamate ferrugineo & obscuro q̄ vitro lucidissimo et in puā margarita q̄ berillo. Sic etiā de hominibus non est iudicandū. sicut dominus dixit Johā. viij. Nolite iudicare secundum apparentiā exteriorē. sed iustum iudiciū iudicate. Item viri sancti assimulantur lapidi vesten. qui sed; **Auicē**. est lapis iuentus in capite cācri. Et hęc similitudo attendit primo ratione coloris. quia aliquādo albus. et aliquādo flauus. Similiter sancti viri aliquādo sunt albi per innocentiam interiorē. exteriorē autē flauī per temperantiā. Nā s̄m **Auicē** color flauus generatur in materia temperata. scilicet respectu coloris viridis. Vnde folia arborum que primo quando multū habundat humiditas sūt viridia. In autumno diminuta & temperata humiditate scilicet a calore eleuante sed nō totalitē assumpta. efficiuntur glauca siue flaua. Et ita humor et vigor carnis per temperantiā quidem minuitur. sed nō funditus extinguitur. quo diminuto cāo mā fuescit spiritus et ei humiliatur. **Secūdo** ratione humoris. quia hic lapis vesten est frigidus & humidus. Et similiter viri sancti sunt frigidi a mūdi amore. et humidī in lacrimarum deuotione. **Tercio** ratione vigoris. quia dicitur valere hic lapis contra morsum scorpionum et mustele. si contritus more emplastrī superponatur. et etiā cōtra morsum canis rabidi si puluis ei bibatur. Per scorpiones qui retro pungunt intellige occulte detractes. per mustelam aperte maledi-

centes. sed per canes rabidos trānice persequentes. Contra quos omnes valet vti emplastris. i. sanctorum exemplis. et puluere. i. eorum humilitate qui contra detractores vti sūt lingue placabilitate. contra maledicentes loquere taciturnitate. cōtra tyrannos vere patientie firmitate.

Capitulū. xxxij.

Sapientia assimilatur auro quadruplici ratione. Primo ratione claritatis. Habet enim aurum inter alia metalla maiorem claritatē et splendorem. Vnde aurum dicitur obrisū. eo q̄ splendore radiet et fulgore. Similiter sapientia preclaros homines et p̄fulgidos reddit. nō solum apud seip̄os sed apud alios. Vnde dicitur de sapientia. Habebō p̄pter hanc claritatem ad turbas. in multitudine videbor bonus. Sapie. viij. De hoc auro dicitur **Danielis. x.** Ecce vire vnus vestitus lineis. et renes eius accincti sunt auro obriso. & corp⁹ eius quasi crisolitis & ē. Et nota. q̄ aurum amplius fulget luce alia re percussum. et hoc naturale est omnibus metallis. i. **Machabe. vi.** Refulsit sol in clipeos aureos. et resplenderunt montes & ē. Similiter homo sapiens sapientior efficitur. Aliquando sapientes audiendo. secundum illud **Prouerborum. primo.** Audiens sapiens sapientior erit & ē. Et tunc sapiens aliena luce reputatur. quando contra dicta sua subtiliter obicitur. et tunc lucem sue sapientie magis ostendere cogitur. **Prouerborum. nono.** Da occasionem sapienti et addetur ei sapientia. **Secundo** sapientia assimilatur auro et hoc ratione ponderositatis. Est enim aurum poterosius argento.

Et huius ratio est Quia sicut dicit
Phis. i fine libri metheo. Aurum
 sicut et cetera metalla procreant ma-
 terialiter ex sulphure sibi et rubeo
 p. a ex viuo argento sibi et albo
 Plus tamen concurrens ad eius opposi-
 tionem de soliditate sulphuris quam de a-
 ereo aquoso viui argenti. a ideo au-
 rum est solidius et poterosius quam argen-
 tum. Quia in auro plus est de sulphu-
 re quam de argento viuo. In argento
 contratio est. Sicut ergo aurum multam
 habet ponderositatem sic homo sapi-
 ens habet pondus grauitatis et ma-
 turitatis. Non enim sine pondere lo-
 quitur. nec sine pondere graditur. nec
 sine pondere debito aliquid operatur
 Tercio ratione utilitatis. Nam
 iter metalla nichil efficacius est auro
 Vabz enim aurum ut dicit **Plim.**
 virtutem confortatiua. Unde etiam
 aurum comestum confortat omnia
 membra. quibus non nutriat illa. hoc
 enim facit sua asperitate ea purgan-
 do et a superfluis abstergendo. vnde
 de etiam habz virtutem superfluitatum
 corporum corrosiuam siue exteriuam.
 et ideo valere dicitur plurimum con-
 tra lepra. **Item** aurum calefactum
 positum supra membrum pilos ab eo
 tollit et ultra crescere non permit-
 tit. Et sicut sapientia habet virtutem
 confortatiuam. Vnde dicit **Eccl.** vii.
 Sapientia confortat sapientem super-
 x. principes ciuitatis. **Item** est
 superfluitatum remouit a propter quod
 dicitur **Sapie.** vii. quod sapientia so-
 brietate docet. **Item** est lepre. id est
 infectionis peccati impeditiua. Qui
 a sicut dicit **Prouerbio.** xii. Sapi-
 ens timet et declinat a malo. Ipsa
 etiam remouet pilos. id est opera car-
 nis. quia pili in carne et ex carne
 nascuntur. Vnde dicitur **Prouerbi.**
 vii. Dic sapientie soror mea es. et

prudenciam voca amicum tuum. vnde
 custodiat te a muliere extranea.
 Ex quibus patet quod sapientia utilior est
 auro. quod quod aurum facit corporali.
 utilius sapientia facit spiritualiter. Et
 ideo dicit **Prouerbio.** xvi. Possi-
 de sapientiam que auro melior est.
 Quarto ratione incorpabilitatis.
 Nam aurum quam melius et nobili-
 us. tamen est sociabile et incorpabi-
 le argento. Sic sapiens cum sit humilis
 non de dignatur de se de puul a simpli-
 ribz et quandoque sociare se eis. Sed no-
 tandum quod argentum per malleationem
 non potest incorporari auro nisi pre-
 ueatur a tribus. scilicet a puluere.
 vento. et humore. Nam quodcumque se in-
 terponat non potest fieri unio. Ex
 quo accipitur quod simplex non potest
 fieri sapiens. nec potest quis sapi-
 entia vera amicitia vel conformitate
 vni. nisi remoueat puluis auaritie.
 ventus superbie. a humor lux-
 urie. vnde amicitia que est inter au-
 ros. vel superbos. vel luxuriosos non
 est sapientium amicitia nec amicitia vera.
 Item sapientia assimilatur lapidi
 corneolo. De quo in lapidario dicitur
 quod collo suspensus. vel in digito pos-
 tatus in disputando proficit. surgen-
 tes mitigat iras. a sanguinis fluxum
 ex quolibet membro sistit maxime
 in mulieribus. Que quidem siue vera
 sint siue non de corneolo. tamen de
 sapientia verissima sunt. Nam sapi-
 entia ad omnem veritatis disputa-
 tionem proficit. Quia sapientis est
 scire omnia et difficilia per certitudi-
 nem et causas ut **Philo.** dicit. i.
Methaphi. Et ideo qui talis est scit
 de omni veritate differere. **Item** sa-
 pientia iras comprimit. Secundum
 enim **Stoycos** nulla ire perturbatio
 cadit in sapientem. Sed secundum
Aristot. cadit quidem ira in sapientem

sed nō inordinata. Unde dicit in **ethicis**. q̄ non irasci quādo oportet et sicut oportet. insipientis esse videtur. Ex quo patet. q̄ sapientia iras totaliter nō euellit. sed s̄ rationis moderamine cohibet et restrīgit. et hoc pertinet ad virtutē māfuetudinis. Item sapientia fluxuz sanguinis. i. peccandi voluntatem siue promitātē sistit et ipedit **Eccl̄. iij.** Sapientis cor et intelligibile abstinebit se a peccis. et in operib9 iusticie successus habebit.

Capitulum. xxxij.

Sapientia vel sciētia humana assimilatur lapidi siue gēme que dicitur achates. Quia hec gēma scdm **Dyasco.** triplicis generis reperitur. Nam quedam est que est nigra habens venas albas. et hec creditur valere magicis artibus. quia cuz ipsa torrentes consuētunt et sistunt vt dicitur. et scdm **Dyasco.** valet etiam ad regum formas et simulachra monstrando sompniōrum. Talis ergo representat supersticiōsam scientiam nigromanticorum. que ad modum huius lapidis nigra est de formitate et obscuritate pecc̄. ex eo q̄ semper est cum aliqua demonum reuerentia expressa vel occulta vt dicit **Aug9.** Dabet tamen venas albas. quia in quibusdam nigromanticis actibus ad decipiendum homines quedā obseruatiōe fiunt. vel ieiuniorū vel orationum. et huiusmodi. que videntur pretēdere quādā albedinē. i. quādam puritatē ill9 artis. et sic quādā speciem sanctitatis. sicut fit in arte notoria. et multis alijs nigromanticis opib9. siue sint circa quedam aquaruz et fluiōrum et aliorum corporuz que mirabiles apparent. siue circa di-

uinationes per sompnia. vel aliōs modos varios qui pertinent ad diuinos. ¶ **Secundū** genus achatis est cuz venis carneis. Et hoc gen9 scdm **Dyasco.** vitat picula. et placētē et persuasorem et faciundum facit. et vires ofert. Et hec gēma signat scientiam fructuosam eorum qui venas quide m carneas habēt. i. necessitates siue infirmitates corporales. sed tamē secundum carnē non militant quā sciāt picula viciorum in serenitate et tranquillitate conscientie p̄ penitentiam et cautelaz vitare. deo p̄ omnia placere. alios facunde et vtiliter dirigere. et bona queq; opa constanter et viriliter agere. ¶ **Tercium** gen9 achatis est cum guttis sanguineis variū. quod visum fouet. cōtra sitim prodest. et accensio eius odorifera est. Et talis est quorundam scientia deliciosa. quaz beatus **Aug9** in libro de quantitate anime vocat miserandā siue miserabilez. Distīnguit em̄ ibi triplicem scientiaz scz supersticiōsam. et vtilē. et miserabile. Et hec vltima est que mirabili sagacitate discernit cibos odore. Unde scientia siue pitia hec illos cibos et potus approbat et cōmēdat qui visum refouet colore. et sitiz seu famem mulcent sapore. et cerebrum siue olfactum vereāt odore. et talem scientiam **Apostol9** vocat prudentiam carnis. **Ro. viij. dicēs** Prudentia carnis mors est. scilicet anime.

Capitulū. xxxij.

Sobritas potus assimilatur lapidi qui dicitur diom9. qui vt dicit **ps̄d.** est niger siue rufus. rubeis venis asperfus. qui aque mixt9 vt vinū fragrat. tamen quod mirum est ebrietatē

resistit. Et sic patz qz iste lapis ad
 mixtionē aque requirit. o dorē ed
 dit et ebrietati resistit. Qd etiam
 competit sobrietati. Nec enim in
 vino potenti aque temperamentū
 exigit. maxime in eo qui habet de
 bile cerebrum. et etiam in viro re
 ligioso. in quo etiam deformior est
 nota ebrietatis. Et ideo ipsi preci
 pue debent vti temperamento vi
 ni et in qualitate et quāitate. Vn
 de dicit Benedictus in regula sua
Legimus vinū non esse monacho
 rum. sed quia monachis nostri tē
 poris hoc per sua dēri nō potest. sal
 tem sic in hoc consentiamus. vt nō
 vsqz ad saturitatem bibāt. Item
 sobrietas odorem. i. honorem non
 impedit. Est em sobrietas honora
 bilis. sicut ebrietas vituperabilis.
 Et ideo sobrietas et abstinētia vini
 idicitur hys qz in gradu honoris et
 dignitatis existūt. scilicet episcopali
 prima. Thim. in. Oportet episco
 pū irrephensibilez esse. vni9 vxoris
 virum. sobriū. prudentem et c. Itē
 regib9 Pro. xxxi. Nolite regib9
 dare vinū. Itē sobrietas ebrietatē
 impedit. qz ei contrariatur. vt pa
 tē ab eis nominib9. Et enim ebrietas
 dicitur ab e qd ē extra et bria qd ē
 mēsurā. scz qz ebri9 bibit extra mē
 surā debitā. sed sobrietas dicit qz
 bria. i. mēsurā seruās. Vñ Eph. v.
 Nolite iebriari vino i qz ē luxuria
 ¶ Capitulū. xxxv.

Superbia assimilaf argēto
 viuo. ¶ Primo qz argen
 tū viū nō est adhsibile
 Est em argētum viū ex substātia
 aqz subtili terreo mixta. mixtione
 forti et idissolubili. et hoc habet
 ex magna siccitate terrea. nec ad
 heret tangenti sicut illud qd ē liq
 dū. Similit homo supbus ex mag

siccitate. i. ex magna icōsideratiōe
 sue vilitatis nō considerās se eē traqz
 et cinere. nō liqfit i superficie plana
 .i. nō vult se diungē vī cōformare
 scz viliori vī minori psonē. nec in
 her et tāgētū. i. nō ē cōsociabil con
 ciui vī cohabitāti tali. Cū emz pre
 ferat se ceteris. eos socios habere
 contēpmit. ¶ Secūdo qz argētum
 viū nō ē coagulabile. hoc em p
 prium ē ei qz non coagulatur per
 se nisi cū sulphure et plūbi substā
 tia coaguletur. ppter qd argētum
 viū cum sulphure est materia o
 mū metallorū sicut dicit Philo. in
 libro Me to. Similit homo sup
 bus non ē p se coagulabil coagu
 lo vnitatis. Non em diligit v mta
 tis pacem. sed potē discordiā et di
 uisionē. sicut patz de superbiētib9
 angelis. qui se ab āgelorū societa
 te diuiserūt. ppter qd Pro. xii. di
 citur qz inter superbe s semper sūt
 iurgia. Si tamē supbie squalor cū
 sulphure. i. caritatis amore. qz sul
 phur ē inflāmabile qd opetit cari
 tati. et cum plūbo. i. humilitate. qz
 plūbū ē coloris cinerei et opetit hu
 militati qua qz se i plūbum. i. in ci
 nere et i puluerem redigēdum
 agnoscit coagulet. tūc ē homo co
 agulabilis. i. ad vnitatē vducibilis
 ¶ Tercio qz argētū viū nō ē ad
 miscibile. Nā ē tāta coherētia ei9
 et fortitudo qz nulli rei potest admi
 sceri nisi pmitus extinguat. extin
 guitur aut cum salua qz cū ea fci
 catur. et maxie cū cinis saluē addi
 tur. et pēcipue qz cinis ossis pspie
 pdeis associat. Similit nō ē supb9
 miscibil alijs. i. apt9 ad viuēdū a
 ljs. n̄ ei9 pmo supbia extinguat.
 ad quā extinguedā v3 pificatio sali
 ue. i. vārguio sapie sciz qz hō sup
 b9 sapienter vārguatur et ad fin

adiciaz reduta. a precipue si ad
datur cinis. i. memoria mortis vel
proprie vilitatis. sicut dicit **Ecclia.**
Memento qd cinis es a in cinerem
reuerteris. a precipue ad hoc valet
cinis ossis psipie. i. visio vel conside
ratio mortis alicuius potētis vel a
licuius notabilis viri. ¶ **Quarto** qd
argētū viuum est cito euaporabi
le. cui9 sum9 multū noc9 astātibus.
eo qd paralysim et tremorem indu
cit relaxando nervos et remollien
do. Similiter homo superbus cito
vaporat per iram et impatientiam
cū aliquid sit vel dicit i eius displi
centiā. Vnde **Pā.** Tange montes
et fumigabūt. i. superbos. et eorū
ira quandoq; terret astantes faci
ens eos tremere a stupere. ¶ **Quī**
to argētū viuum semp est mobi
le. ymo qñ nūq; quiescit. et propē
ea vocat viuu. sicut **Plim9** dicit.
qd a seipso et circularit mouet. ex
eo qd humidum mittit ascendere
sup terreū stabile qd retinet ipm
Similit homo supbus leuis. a icon
stans est et semp inquiet9. qd ap
petitus dominādi semp impellit ip
sū ad ascensū. a cōtra tpu gnātes
sibi cōmouetur a inquietat. ¶ **Sex**
to qd argētū viuu ē ad penetrā
dū subtile. Est em argētū viuu ca
lidū et humidū i quāto gradu. qd
uis aliqui cōtrū dicāt. nō recte
Quia qd sit calidum pbatur per e
i9 effectū. eo qd penetrat. dissoluit.
a incidit. a maxie in vitreis setuat
vasis. qd alias materias penetrat
a incidit. Sicut ergo argētū viuu
penetrat corpora. ita supbie vicū
subtiliter intrat corda sicut insidia
tor malignus. Nam homis spiritua
lib9 insidiatur vt per eant sicut dicit
Aug9 i regula. ¶ **Quīto** qd argē
tū viuum nō est stabile nec etiā

rei pōdetose. Tātē est em vtutis qd
si sup sextariū argēti viuu cētū sax
a supponas statū resilit. Sic supb9
tātē est supbie vt nichil sibi graue
sustinere velit. Et ideo statū resilit
et se grauāti resistē mittit vel sal
tē eū effugere. ¶ **Itē** supbia af
similatur magneti ppter tria. **Pr**
mo qd magnes eleuat grauia. **Pr**
si magnes quātitatis eālis fursū te
neatur eleuabit attrahēdo ferrug
quod erit inferius. Vnde dicit **Au**
gustinus qd in quodam templo si
mulachrum erat de ferro ita stans
per seipsum suspensum vt in aere
pedere videretur. et hoc propter
testudinez de magnete que ipsum
circumstabat. Ferrea nāq; simula
chra sunt auāorum corda. Nam
auaricia secundum apostolum est
simulachrorum seruitus. Ferrea e
nim sunt. qd grauia et dura. gra
uia quidem esse ostenduntur dum
ima petunt per affectum cupidita
tis. sed dura dum non mollescūt p
aliquam penitentiam. vel per affec
tū pietatis. **Hec** ergo simulachra
ferrea lic9 auaricie grauitas deor
sum premat. superbie tamen vani
tas fursū leuat. ¶ **Secundo** qd mag
nes iuoluit cerebrū. quia si arsura
pulueris ei9 p quatuor angulos do
mus aspergat sup carbones. exis
tentibus in domo videt sbito do
mus ruere ex cerebri vngine a cō
mōtione. Quasi ergo arsura mag
netis q est reliquia ignis est cogi
tatio a existimatio q relinquit ex o
pibus superbie. **Hec** emm etiā p
quatuor angulos. i. p quatuor mo
dos sup carbones. i. sup ardētes ap
petitus et abitiōes que in eis sunt
asperguntur. **Pr** sicut dicit **Gre**
quatuor sūt species quib9 arrogā
b9 omis tumor supbie demonstratur

Cum bonum a semetipsis habere se existimant. Aut si hoc datur de se credunt pro suis se meritis accepisse putant. Aut certe cum iactant se habere quod non habent. Aut ceteris de spectis singulariter videri appetunt habere quod habent. Sic ergo per hos quatuor angulos aspersos in domo mentis superbia sensum peruertit et decipit. ut videatur id esse quod non est. et timeat ne videatur esse quod est. et timeat quod non est timendum. **Tercio** quia magnus dissoluit nauigia. Nam ex hoc lapide montes in mari sunt qui naues ad se trahunt et dissoluunt. et a se amplius separari non sinunt. Sic in mari penitentiae quandoque sunt motes magni tum. id est tumores et eleuationes superbie. qui naues. id est penitentium opera quibus ad portum gratie vel glorie tendant ad se trahunt. sed ut non fiant ad deletionem culpe. sed ad denunciationem superbie et lucrum laudis humane. eo quod ad modum nauis dissipantur. et vanitati ac iactantie inseparabiliter sociantur. scilicet ut nichil tale fiat nisi ad vanitatem et iactantiam. **Capitulum xxxvi.**

Utemperantia assimilatur stannum. **Primo** ratione compositionis. Nam stannum secundum Aristotelem componitur ex argento viuo bono. et sulphure malo. Et hec duo non sunt bene mixta. sed tanquam perperam composita. propter quod secundum colorem imitatur argentum. sed non eius soliditatem. Similiter temperantia componitur ex argento viuo bono. id est ex moderatione et vigore rationis regulantis. et sulphure malo. id est delectatione et voluntate carnis. **Vnde Tullius** dicit in

rethorica sua. quod temperantia est rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus firma et moderata cohibitio. Nam temperantia principaliter pertinet ad impetus animi in delectationem luxurie et gula. que dicuntur delectationes tactus. ut ratione regulentur. secundario etiam aliarum concupiscentiarum sed impetus siue motus habet moderare. Sed quia ratio et sensualitatis non fit perfecta commixtio. quando semper sit ibi aliqua dissensio. ideo licet temperantia participationem habeat rationis sicut stannum colorem argenti. ad perfectam tamen puritatem rationis non pertingit. sicut nec stannum ad soliditatem et puritatem argenti. Nec enim reseruetur homini in resurrectione beata ubi stannum efficitur argentum. id est corpus animale resurget spirituale. quia erit totaliter subiectum spiritui. et erit sensualitas totaliter rationi conformis. **Secundo** ratione fractionis. **Vnde dicit Hermes** in libro Alchimie quod stannum omnia metalla et corpora frangit quibus admixtum fuerit. Et hoc proprie nimiam siccitatem que ductibilem naturam in eis destruit. Sic temperantia et abstinencia continuata frangit superbiam et rebelliones omnes corporis. **Vnde Ecclesia dicit** in ymno Carnis teat superbia potest tibi quod peritas. **Tercio** eodem tempore perfectionis et ascensionis. Nam ex stanno specula temperantia. et causa sicut ex plumbum ex eo conficitur ut dicit **Philosophus**. Ex quibus signatur quod temperantia corporis valde adiuuat ad speculationem sapientie. id est contemplationem mentis. et quod etiam in contemplatione et speculatione sapientie oportet habere quandam sobrietatem temperantie secundum illud **Apoclypsus** Non plures sapere quam oportet. sed sapere ad sobrietatem.

Itē quia valet ad conseruationem
innocentie et puritatis. qđ in ceru-
sa alba significatur. Quarto rati-
one corruptionis. quia si quis argē-
tum viuum cum stamo miscuerit.
stridorem eius tollit et albescit. s
postmodum ad nigredinem ducit
et corrumpit. Potest autem in hoc
loco assimilari ypocrisi. que licet ex
apparentia sanctitatis videatur ar-
gentea id est preclara et pura. ta-
men in veritate adhuc viuit in pec-
cato immundo. Vnde est ypocri-
ta argentum ratione apparentie.
sed viuum. id est non mortificatu9
ratione culpe. Hoc igitur quod est
ypocrisis si miscatur stamo scilicet
temperantie siue abstinentie. vt sci-
licet ex ypocrisi aliquis se temperet
et ieiunet. et finaliter tamē dem-
grat et corrumpit ipsum ieiuniu9
.i. tollit ieiunii sanctitatem et mei-
tū. Vnde dicitur Matxi. vi. Cum
ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite
tristes. de quibus postea subdit. A-
men dico vobis receperunt merce-
dem suam. i. perdidērunt. ¶ Item
temperantia assimilatur ametisto.
quod patet ex colore. et ex distin-
ctione. et valore. Est enim bonus
ametistus duplicis coloris mixtione
ornatus. quia est colore purpureo
et violaceo pmixtus quasi rosa ni-
rens. et leuiter fundens quascunq9
flammas et emittens vt dicit yfido-
rus. Et sic etiam simili modo tem-
perantia ad hoc vt sit hominibus
proficia oportet qđ sit duobus co-
loribus id est duabus virtutib9 or-
nata scilicet caritate. que designa-
tur in colore purpureo. et humili-
tate que designatur in colore vio-
laceo. Nam hec virtus temperanti-
e siue abstinentie sine caritate et
humilitate modicum valet. quia

corpalis exercitatio ad modicu9 v-
tilis ē sic Ap9. dicit. Sed caritas ē
que facit. vt qđ homo sibi per tem-
perantiam subtrahit alteri largiat.
et humilitas facit ne de sua absti-
nencia vel continentia in supbiam
eleuetur. ¶ Secundo patet hec si-
militudo ex distinctione. quia yfido-
rus dicit qđ quinq9 sunt species a-
metisti quibus sciz designant quin-
q9 ptes tpātie pncipales. Quar p-
ma est circa cibum. i. cibi moderati-
onem sciz abstinentia. secunda est
circa potū sciz sobrietas. tertia cir-
ca actum verecundie pncipalitē cir-
ca coitū vt castitas. quarta circa
delectationes circumstantes puta qđ
fiūt in obscuris tactib9 et amplexib9
et huiusmodi. vt pudicitia. quinta au-
tē circa alios motus et corpales ac-
tus moderationem facit et vocatur
modestia. ¶ Tercio ex efficacia et
valore. qđ vt ametisti sciz purpurei
qui est omnib9 nobilior est efficax
ad. v. vt dyast. dicit Primo cōtra
ebrietatē. et hoc competit sobrietati
qđ est temperantia spiritualitē cōtra
potū non quēcūq9. sed euz qđ sua fir-
mitate natus ē caput p tu rebare.
sicut vinum et ōne qđ in ebriat vel
in ebriare potest. cui9 sciz vsus mo-
deratus multum cōfert. et modicus
excessus multum ledit. qđ impedit
vsū rationis et etiam excessus cibi.
Vñ dicitur Eccli. in. qđ sanitas est
aie et corpis cib9 sobri9 et potus.
¶ Secūda v̄tus ametisti ē qđ dicitē
facere vigilē. et hoc competit absti-
nētie qđ dūcib9 subtrahit fumositates
capitis. et p cōsequē sōpnū minu-
it et vigilantiā crescere facit. ¶ Ter-
cio dicitē ametist9 malam ymagia-
tionē seu cogitationē tollē. quod
siue vetuz sit siue notū. competit tū
temperantie vere que du9 impudicos
p in

fugit tactus et aspectus malas p
consequens ymaginationes et co
gitationes auerit. secundus illud
Job. xxxi. **P**epigi sed? cum ocul
meis ut nec cogitarem quidē de v
gine. **¶** Quarto dicit habē dispo
sitionē amētistis ad bonum intelle
ctū. **¶** Et hoc competit spiritualiter
sacritati castitatis. ex eo qd act? ve
nerius et ei? dilectio vlxmens in
tantū ratio nē absorbet qd impossibilē
est aliqd itelligē in ipso. ut **Phi.**
dicit in. vij. **Ethicoz.** **¶** Et **Iheroni.** e
tiam dicit qd illo actu etiam matri
monialiter factus spiritus
nō tangebatur corda prophetarū.
¶ Ex quo argui p̄t qd castitas multū
conferat ecōtrario. **¶** Quinto dicit
amētist? mollis ad sculpedum. **¶** Et
hoc cōpetit modestie qd reddit homi
nē mollem. i. facile et accōmodum
ad ōnem pulchram scripturā. i. ad
ōmnē bonam informationē et opo
sitionem seu actionem. **¶** Unde **Am
brosius** dicit in libro de officijs. qd
in modestia consistit pulchritudo
viue nōi. a. ornat? ad omnem actio
nem accōmodus.

¶ Caplm. xxxviij.

¶ **T**imēs deū assimilatur be
rillo. **¶** Primo ratione co
loris. quia licet berillus
lapis vicidus i viciditate sua sma
ragdo sit similis. Tamen de cō sunt
genera ei? ut dicit **Diascor.** et qd
inter berillos qui magis pallz me
lior est. **¶** Et quia homines timore s̄
ito percussi pallefcere cōfueuerūt
¶ Ideo significatur qd sicut inter be
rillos ille est melior qd magis pallet.
¶ Sic inter bonos homines ille ē me
lior qui magis timet deum. scilicet ti
more filiali qui est timor reuerēti
e. **¶** Secundo rōe vigoris. quia v
tus berilli ē vt dicit **Diascor.** qd cō

tra pericula hostium inuictus red
dit hominem et eū facit mitē. **¶** Sic
timor domini erga bonos homines
reddit hominē mitem. **¶** Sed contra
spirituales hostes facit eum iuictū
et terribilem. **¶** Timor enim secun
dum **Gregor.** secundum viam secu
li facit hominem debilem. sed secu
dum viam dei facit hominem for
tem. **¶** Tercio ratione agnitionis.
quia berillus facit bonum ingeni
ū. qd cōpetit timori domini qui di
citur eē iniciū sapientie **Ps.** Ini
ciū sapientie timor dñi. **¶** Quar
to ratione humoris. quia ber ill?
sanat oculos humidos. Humor em
oculos cecatis est peccatus siue pe
candi affectus. quē timor domini
expellit **Eccī. i.** Timor dñi expellit
peccatum. **¶** Quinto ratione calo
ris. quia berill? manū gestātis ex
urit si radio solis opponatur. **¶** Sic
timor dñi cū radio solis. i. cū amo
re cristi incalescit. **¶** Vñ si sit timor
dñi cum amore manū gestātis ex
urit. sic qd facit eū feruētissime ope
rari. ita vt nihil negligat **Eccī. viij.**
¶ Qui timz deum nichil negligit. **¶**
¶ Sexto ratione honoris. quia beril
l? vt dicitur hominem magnificat
¶ Qd de timore dñi vtr? puto qd de
berillo. qz qd timet deū alia time nt
eū. **Eccī. xlv.** Magnificauit eū in
timore inimicorū a. e. **¶** Septimo ra
tione amoris. **¶** Maxie em berill? di
ligere et fouere dicit coplaz coniu
galez. qz timor dñi necessari? est a
iugatis **Pro. xxxi.** Mulier timens
deū ipsa laudabit. **¶** **Tobie. vi.** Acci
pies vginē eū timore dei. a amore
filiorū magis qd libidinis duct?.

¶ Capitulu. xxxviij.

¶ Tribulatio grauis assimi
lat plūto. **¶** Primo rōe ge
mife. qz aliqui plūbū sine

matéria eius gignit et inuenit cum auro. quandoque cum argento. quandoque per se solum in suo loco proprio. i. vena. Nam in aurifodis cum materia auri quidam lapilli nigri inueniuntur qui ab auro per se separatim constantur. et in plumbum totaliter per se resoluntur. Et idem est secundum ysaia. quod tanta est potestas auri ut plumbi plumbum vero quod est nigrum aut ex sola vena funditur. aut cum argento nascitur mixtumque dicitur. Et in illa conflatione primo procedit stannum. deinde argentum. tertio vero quod remanet per conflationem est plumbum nigrum. Tunc autem spiritualiter inuenitur plumbum cum auro. quando grauis est tribulatio. et portat eum quodam gaudio. Hoc enim facit sola caritas que auro assimilatur. cuius proprium est letificare cor. Et huius signum est cum ex iniuria quam patitur contra inferentem non irascitur. nec eum diligere deserit. Et hec duo simul iuncta. scilicet iniurie passio. et iniuriantis dilectio que sunt in coniunctione auri et plumbi. perfectam patientiam faciunt. Unde perfecta patientia est que ipsum amat queque portat. Nam tolerare et odire non est virtus mansuetudinis. sed vel lamentum furoris. Unde caritas secundum apostolum non solum patiens est. sed etiam benigna. Sed plumbum inuenitur cum argento. quando ipsa tribulatio portat sapientiam. Nam argentum claritate sapientiam signat. De qua dicitur. Sap. vi. quod clara est que nunquam marcescit sapientia. Sapientis enim est constanter ferre aduersa. et non deficere animo in eis. Tunc autem inuenitur plumbum per se solum et in vena sua. quando ipsa totaliter grauis est in peccatore que destitit.

est omni honore vel virtute. et tunc ipsa tribulatio portatur insipienter. et est in vena sua quod vena et causa tribulationum communiter est peccatum. Roma. ii. Tribulatio et angustia in omnem animam operantis malum. Prima ergo tribulatio est factorum que seque portat letitiam. Secunda sunt peccatorum quorum quidam tribulationes portauerunt valde sapienter. Tercia est peccatorum que portat insipienter. in patienter. Secundo ratione timetur quoniam plumbum aliquando albescit. quandoque rubescit. quandoque nigrescit. Albescit quod dicitur quod sicut dicitur Hermes in libro sexto alchimie. si plumbum super acetum effundas eodem sat ipsum. Nam acetum eius penetrabit substantiam. et in puluerem conuertet et in colore albu ipsum cerule se commutabit. sed si super ipsum plumbum acetum fuderis albescit. et tunc acetum destruitur. Tunc autem super acetum plumbum effunditur. quando grauis tribulatio quam quis patitur ab ipso patienter pro peccata peccati sui suscipitur et portatur. scilicet ut veretur et acceptet se pro peccato suo pati. Nam sicut per plumbum grauis tribulatio. sic per acetum fortis et compunctiua penitentia designatur. Et talis penitentia que tribulationem amplectitur plumbum conuertit in puluerem. i. ipsam tribulationem in anime humilitatem. et in albedinem cerule. i. in purificationem et claritatem conscientie vel anime claritatem. Sed tunc contrariatio super plumbum effunditur acetum. quando ipsa penitentia pro tribulatione reputatur. sic est in accidiosis quibus penitentia onerosa graue est et penosum. Unde penitentia videtur eis magis tribulatio et tedium. Et ideo tunc virtus acetum destruitur. quod talis penitentia in angaria portata inutilis efficitur. Tunc autem plumbum

bene rubescit quando igne incen-
dit. Nam plumbum adustum colore
vermiliū et obscurū generat. Tūc
autē plumbum adurit. quando
patientis cor diuino amore incen-
ditur. et tūc ipsū plumbū geneat
colore vermiliū et feruorem igne
u3. quia feruētior et inflātor ex
ipsa tribulatione efficitur. Quis i-
ste feruor propē sensualitatis penā
semper aliquid obscuritatis habe-
at admixtum. Tūc autem nigre-
scit plumbum quando in sua vena
generatur. Nam secundū Aristo-
tēlem in quarto Metēo. plumbū
generatur ex sulphure grosso nō
depurato sed feulento et argēto
vivo non puro. Vñ ex immundi-
tia sulphuris cōtrahit nigredine3.
et quanda3 humiditatem. ex cui3
cōtactu man3 tangētis inficitur.
Et hec immunditia ad horam per ab-
sterfione3 aliquātulū a plūbo rē-
uēi potest. sed ex toto remouēi nō
potest. Quia quātūcumq3 plumbū
abstergatur. vt etiā argentum es-
se videatur. naturā tamē ei3 qd ē
plumbum non immutat. Plūbū
autem in sua venā est. quādo pec-
cator tribulatur ppter sua peccata.
Et hoc est ex sulphure feulento. id
est ex immunditia peccatorū suorū
earnaliū. et argēto vivo. i. suorū
peccatorum spiritualium. vt super-
bia. inuidia et vana gloria et huius-
modi. in quibus ipse peccator tri-
bulatus persistit. tunc plumbum
ipsum demigrat et inficit. quia ip-
sa tribulatio quē omni3 ad penitē-
tiam non mutat ampli3 corrupit
et feodat. quia dato q3 pena occupā-
tus ab actu peccati desistat. tamē
temptatione et euasione pene ha-
bita statim redit ad pristina et ad-
huc ad deteriora. ¶ Tercio ratioe

efficacie. Nam plumbum habet pri-
mo virtutem dissolutiuam. Dicit e-
nim. Hermes q3 plumbū in sua e-
bulitione omnū corporum solidū
tum duritiā soluit etiam adamā-
tis. Sic tribulatio feruens frequē-
ter dura corda emollit etiam ma-
gnorū peccatorum. Item habet v-
tutem refrigeratiuam. Vnde secun-
dum August. Contra vstionem i-
gnis et apostema calidū miro mo-
do valet. Quasi aut vstura ignis
inānsa est concupiscentia carna-
lis. et quasi apostema calidum est
feruens delectatio carnis. cōtra q3
tribulatio grauis miro modo est
efficax et vtilis. Nam malitia vni3
ho3e obliuionē facit luxurie maxi-
me vt dicit Eccl. 7. Itē plumbū
habet virtutem conseruatiua3 et
purificatiua3. quia sicut dicit Hermes
plumbū quib3 miscetur par-
tes omogenias congregat. et ethe-
rogenias separat et mūdificat. Et
ideo eum argēto ponitur in fornā
et. vt argentum facilius mūdifi-
cetur. Partes enim argenteas a
consumptione p reseruat. et sua o-
sumptione argentū purgat. Hoc
idem dicit Ihero. super illud Ihē-
s. Consumptū est plūbū et ē. Simi-
liter tribulatio patienter portata
animā ad se ipsam colligit et con-
gregat. mala desideria ab ea sepa-
rat. ipsam q3 a malo purgat et i to-
no cōseruat. ¶ Capitulum. xxxix.
Quaginta assimilatur la-
pidi illi qui vocatur astēi-
tes. Hec gēma iclusa i se
stines lucē sicut stellā it3 abulātē rō-
dit radios cāidates. Similit vgi-
mitas extēri3 ē cāida p carnis i
corruptionē lucida p grē splēdorē.
Vñ it3 i mēte ē vt stella que hab3
icorruptibilitatē et luinositate3. et

mobilitatem. Similiter mens interior virginum debet esse incorruptibilis per virginitatis amorem, quia virginitas est in carne incorruptibilis perpetue incorruptionis meditatio, et fulgens per fidei agnitionem, et mobilis per orationis frequentationem. Mouetur enim mens et ascendit per orationem in deum secundum Damascenum. Item radios, id est rationes et contemplationes rationis debet facere candidos, id est mundos. Virginitas enim multum confert ad contemplationis puritatem, vel ergo carne debet habere interius lumen diuine gratie in mente, quod edat eam ut stellam in se incorruptam per castitatem, fulgorem alius per motum honestatem, et mobilem ad operandum, id est ad honorum operum studiositatem, scilicet ut ocio non resoluitur.

Capitulum xl.

Quatuor septem assimilantur septem speciebus metallicis. Primo enim argento viuo, quod est elementum simplicius siue materia omnium metallorum, assimilatur fides, quia secundum Apostolum, fides est substantia, id est est fundamentum omnium virtutum, que tunc est ut viuum argentum, quando bonorum operum habet continuum motum. Fides enim sine operibus mortua est. Secundo erit assimilatur spes ratione duricie siue soliditatis. Est enim propter suam duriciam et soliditatem maxime ductibile. Lapis enim qui per decoctionem educitur maxime duricie esse probat. Sed es interdum per decoctionem maximi caloris poucitur. Nam lapis solutus calore in es conuertitur ut dicitur Job xxxviii. quous es dumiter frigido coaguletur, nec

es de facili frangitur. Vane soliditatem facit esse in homine spes celestium primorum, ut tribulationibus et persecutionibus minime frangat, propter quod dicitur Job xxxviii. quod celestium primorum spem et terra habentes quasi ere solidissimo diffusi sunt. Tercio caritas assimilatur auro, quod preeminet aliis virtutibus, sicut aurum ceteris metallis. Nam inter metalla nichil est pulchrius et preciosius, vel in virtute efficacius auro, sic etiam caritate prefertur ceteris virtutibus, quia dicitur I. Cor. xiii. Nunc autem manent fides, spes, caritas, tria hec, maior autem horum est caritas. Et si preeminet virtutibus theologis, multo magis aliis. Quarto argento solido assimilatur iusticia rationis claritatis, quia argentum album est et clarum, est enim post aurum omnium metallorum clarior. Quod bene iusticie competit, de qua philosophus dicit in quinto Ethicorum, quod est preclarissima virtutum, quod neque lucifer, neque hesperus est ita clarus. Item argentum quous sit durum est tamen liquabile et ductibile. Sic est homo iustus qui quous sit rigidus, tamen per correctionem est flexibilis et ductibilis per compassionem. Nam secundum Gregorium vera iusticia compassione habet, falsa vero de dignatione. Quinto stannum assimilatur prudentia, quia stannum est inter metalla separatim et discretuum. Ab auro enim et argento es diuidit, et plumbum discernit. Sic enim prudentia habet distinctum vel discernere quod sunt magis vel minus bona aut differentia a vitiis. Item prudentie discretio omnes virtutes alias dirigit et custodit, quia omnis virtus siue discretionem periret, sicut etiam stannum alia metalla

ab igne defendit. Vnde cum natu-
ra eris a ferri sit durissima. si tamē
absq; stamo igni apponatur vrū-
tur et cremantur. Vnde si stamo
vasa erea superstantantur. maliti-
a eorum compescitur. et eibus i eis
gratiosior efficitur. Similiter omni-
a opera efficiuntur grata cum sūt
prudenter et discrete facta. ¶ **Sex-**
to ferro assimilatur fortitudo. Nam
ferreum a feriendo dicitur. quia sua
fortitudine et duritia feriendo do-
mat omnia metalla. Sic vir fortis
ubi expedit suo vigoē aggreditur
et vincit omnia genera periculorū
¶ **Septimo** temperantia, assimi-
latur plumbo. Nam plumbum secu-
dum constantinū cum sit humidus
et frigidum in secundo gradu. ve-
nerem prohibet si plumbi lamia
prouobis lumbis apponatur. Et ide-
o frater **Ambro.** de semis de ordine
predicatorum singulari gratia pre-
ditus apud omnes. et ad cuius
sanctitatem et merita declaranda
multa post mortem eius dominus
miracula ostendit. inuentus fuit
portasse in morte lumbare de plu-
bo. omni enim ingenio vsus ē ad
suam virginitatem domino cōfer-
uandam. Nec suo fraudatus est vo-
to. quia preut eius cōfessores te-
stati sunt integram et illibatam
cordis virginitatez. ac virginita-
tez carnis sue omi tpe custodiuit
Quia igitur ad temperantiam per-
tinet libidinem et venerem prohi-
bere. vñ castitas est ps temperati-
e. patet q; non incongrue tempe-
rantia plumbo assimilatur. Item
secundū eūdē **Constantinū** ict; sco-
pionum et draconum mitigat. Et
sic tēperantia carnis etiā demois tē-
ptationes mitigat et eas superare fa-
cit.

Capitulū. lxi.

Xristus assimilatur petra
secundum illud **Aposto. i.**
Cor. x. Petra autē eāt cri-
stus. Nam in petris cōsideratur substā-
tie soliditas. matie puritas. figure
diuersitas. vtiutis speciositas et
multiplex vtilitas. Que omnia cō-
petūt cristo. quia ipse fuit solus
per patientiam. purus per innocē-
tiam. vtiuosus per efficaciam pre-
cipue miraculorū. speciosus per
apparentiaz. diuersas figuras ha-
buit diuinaz et humanam **Debre.**
x. Cuz sit splendor glorie et figura
substantie eius. ¶ **Item** multipli-
citer vtilis per vitam et doctrinā
Sunt enim petre vtilis i edificijs
construendis. in plateis ste rnen-
dis. in pontibus faciendis. i hosti-
bus expugnandis. in lupis et cani-
bus effugādis. pro infirmitatib;
varijs sanādis. pro turrib; regis
ampliandis. pro castris et ciuitati-
bus muniēdis. p hostib; feriēdis
et se defendendis. Que omnia cri-
stus fecit. Ipse enim in mundum
veniens spiritualis ecclesie edifi-
um construxit. cuius ipsemet an-
gularis lapis et fundamentum fu-
it. Ipse etiam plateas id est lati-
tudines populorum. vel humiles
et planas mentes fidelium diuer-
sis lapidibus id est donis vel vir-
tutibus strauit. Ipse quoq; pontez
penitentie ad flumen peccati per-
transeundum fecit. Ipse hostes spi-
rituales pro nobis expugnauit.
Ipse lupos id est hereticos et canes
id est persecutores effugauit. Ip-
se autē infirmitates varias tā car-
nales q; spirituales sanauit. Ipse
turres regis id est potentias bene-
gentium ampliauit. Ipse etiam

ciuitates et castra .i. fidelium habitacula angelorum scilicet custodia munit. Ipse etiam a demonibus et quibuslibet temptationibus nos protegit et defendit. **X**p̄s etiam assimilatur crisolito . qui est lapis egiptiacus ut auz lucens . sicut ignis scintillans . et mari similis ad virores declinans . Ita domin⁹ n̄r ih̄s xp̄s fuit sicut auz lucens per sapientie splendores . scintillans per doctrine feruore . mari similis per passionis dolore . ad virorem incorruptionis tendens per carnis resurrectione.

Item dicit **D**ysc. qd crisolitus in auro positus et in sinistro lacerto portatus terrē fugare demones dicitur et contra timores nocturnos iuuat et melancoliam euacuat. Que siue vera sint siue nō . tamē per similitudinem verissime xp̄o competunt.

Qui tūc ponitur in auro . qm̄ p̄re cūctis diligitur . quia sicut auz p̄cedit omnia metalla . ita amor xp̄i debet excedere omnes alios amores.

Sed tunc in sinistro lacerto portat . qm̄ aduersitas et tribulatio pro eo patienter sustinetur . Vel qm̄ in tribulatione eius exemplum per oculos habetur vel ipsius auxilium inuocatur.

Ipse enim deuote inuocatus fugat demones . i. temptationes manifestas et timores nocturnos . i. temptationes occultas . que magis sunt timende . et euacuat melancoliam . i. tristitias et accidias scilicet consolationes infundendo.

Ipse enim electos suos hic refouet per gratie consolationem . sed in futuro implebit eos perfecta consolatione eterne glorie.

In qua ipse cum patre et sancto spiritu uiuit et regnat de⁹ et nunc et semper in secula seculorum . Amen.

ExPLICIT LIBER SECUNDUS DE SIMILITUDINIBUS

Incipiunt capitula libri terti⁹ secundum ordinem alphabeti.

D e abdicacione temporalium	.i.
D e abiectis a mundo	ij.
D e abstinentia	iii.
D e aduersitate	iiii.
D e amore dei	v.
D e auaricia	vi.
D e bonis hominibus	vii.
D e bonorum et malorum differentia	viii.
D e caritate	ix.
D e carne humana	x.
D e castitate	xi.
D e contemplacione siue de vita contemplatiua	xii.
D e corde	xiii.
D e correptione aspera	xiiii.
D e cupiditate	xv.
D e deuotione	xvi.
D e dignitate temporalium	xvii.
D e diuitiis	xviii.
D e doctrina sacre scripture	xix.
D e elemosina	xx.
D e eloquentia sapientium	xxi.
D e exhortacione ad bonum	xxii.
D e feruore	xxiii.
D e fide	xxiiii.
D e filijs et parentibus	xxv.
D e fortuna	xxvi.
D e gratia	xxvii.
D e gula	xxviii.
D e humilitate	xxix.
D e inconstantia siue imperseuerantia	xxx.
D e intentione	xxxi.
D e ypocrita	xxxii.
D e iustis	xxxiii.
D e lacrimis	xxxiiii.
D e malis hominibus	xxxv.
D e mansuetis et iracundis capitulum	xxxvi.
D e maria m̄re dñi	xxxvii.
D e martiribus	xxxviii.
	p vi